



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipué desumpta

Puente, Luis de la

Coloniæ Agrippinæ, 1626

II. De statibus Continentiæ Virginitatis, & virtutibus illarum Comitibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45802](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45802)

TRACTATUS SECVNDVS.

DE STATIBVS CONTINENTIÆ ET VIRGINITATIS, & Virtutibus illarum comitibus.

CAPVT I.

REFERVNTVR STATVS CONTINENTIAM PROFITENTES; eorum gradus, vocationes, & pugna.



RÆCELLENS illa virtus, quæ communi nomine Continentia siue Castitas appellatur, varios complectitur status, quos sub eius vexillo in tribus Christianis Rebus-publicis Ecclesiastica, Religiosa, & seculari militantes, ad sex præcipuos licet reuocare.

PRIMVS status est RELIGIOSORVM, qui ad eam perpetuo seruandam voto se obstringunt: ut non solum maneat inhabiles ad matrimonium sine peccato contrahendum; sed, si de facto contrahere attentent, matrimonium nihil valeat. Secundum locum tenet status ECCLESIASTICORVM ordine Sacro initiatorum: quibus eadem est obligatio coniuncta. Et quoniam Castitas hæc, vtriusque huius status est pars quædam; vocatio ad eam per eadem media dirigitur, per quæ ipsa vocatio ad statum religiosum, vel ad Sacerdotium: de quibus proprij instituentur inferius Tractatus. In hoc autem ea adferemus, quæ omnibus sunt communia: Nam etiam respublica secularis (teste Sancto Cypriano) complectitur tria genera personarum, eandem virtutem profitentium: quarum præcipuæ sunt VIRGINES, quæ ab ineunte ætate ad perpetuam castitatem seruandam sese obtulerunt, renunciantes licitis alioquin matrimonij voluptatibus, antequam eas experiretur: quarum multæ eam mentem speciali voto confirmant, ut in eo proposito seruando solidiores ac securiores fiant. Et quamuis flos hic iucundissimus Virginitatis nascatur & crescere incipiat in Re-publica seculari; eadem tamen ratione ad Ecclesiasticam, & religiosam transfertur, ut re ipsa in conclusio religionis horto securior seruetur. Et quamuis eadem in antiqua lege esset rarissima: nunc tamen in Ecclesiæ viridario est frequentissima. Cum enim eius sator Virgo fuerit, & ex matre Virgine natus: voluit innumeras

in eo

S. Tho. 155.
art. 1. Ex A.
postol. Gal.
5. n. 23.

1.

Statu castitatis primus est religiosorum.

2.

Statu Ecclesiasticorum ordinatorum.

Li. de Disci.
& de dono
Pudicitia.

3.

Statu secularium virginum.

Q. m. 4. 12.

in eo Virgines serere. *Quartum* locum obtinet status *VIDUARVM*, quæ primarum nuptiarum voluptates expertæ, ita secundis renunciant, vt statuunt reliquo vitæ suæ tempore continentiam seruare. Quæ miro quodam modo, dum aliquam iacturam faciunt, multum lucrantur. Nam matrimonij statum per coniugis mortem amittentes, statim continentium acquirunt, qui multo est præstantior, in quem essi non sponte sua ingrediantur, vt circa finem tomi præcedentis est dictum: pergunt in eo tamen conseruando cum magna animi sui voluptate, vt Deo suo magis placeant. Qui status in omni lege magni fiebat, vt apparet ex laudibus illis & benedictionibus, quibus Ifaelitæ sanctam illam Iudith sunt prosequuti, dicentes: *in gloria Hierusalem, tu letitia Israel, tu honorificentia populi nostri; eo quod castitatem amaueris, & post virum tuum, alterum nescieris: ideo & manus Domini confortant te, & ideo eris benedicta in æternum.* *Quintum* locum obtinent personæ *LIBERÆ*, quæ cogitant quidem inire matrimonium, sed simul statuunt continentiam, donec illud inean, seruare; & hic infimus est castitatis gradus: ad quem seruandum ex ipsa Dei lege omnes tenentur, & ad omne genus fornicationis euitandū. Vltimum locum semus *CONIUGATIS* non solum propter obligationem qua tenentur castitatem conjugalem seruare. (de qua etiam in secundo tomo egimus:) sed etiam, quod vocatio diuina illorum statum ad maiorem perfectionem duabus vijs extollit. *Alteræ* est, quod postquam filium aliquem, aut filios genuerunt, vt matrimonij sui finem consequerentur, & familiæ suæ successionem seruarent: solet Deus perpetuam postea continentiam illis inspirare, quam communi consensu vterq; complectitur, vt Domini Dei sui obsequijs amplius se dedant. quod (vt perpendit Eusebius Cæsarientis) Iulixit in multis antiquis Patribus. Nam b Noe (inquit) genuit tres filios: & postea inuenit gratiam curam Domino. cum quibus & eorum vxoribus ingressus in arcam, non legitur plures filios postea genuisse, c Isaac, postquam ei Rebecca duos filios, vno partu enixa est: non amplius ad eam accessit. Castus d Joseph, cum in Agypto duos filios genuisset, antiquam sibi que familiarem castitatem coluit. e Moyses & Aaron, quatinus duxissent vxores, filios que genuissent, antequam Deus illis appareret; postquam tamen familiaris cum Deo agere cœperunt, non inuenitur, eos plures filios genuisse. Hæc & alia exempla adfert prædictus Doctor. Quæ quid tamen de ijs exemplis fuerit: gloria valde est Castitas in coniugibus, postquam sui matrimonij finem consequuti ad excellentiorem statum cupiunt ascendere. Sed præstantior ac gloriosior est altera via, qua Deus eundem statum euehit ad maiorem perfectionem. Flos enim Virginitatis adeo est preciosus, & fragrans, vt voluerit Deus eum in omnes status transferre; eodemque ipsum matrimonium honorare, iuxta Iſaiæ prophetiam, dicentis de tempore Messie: *habitant iuxta*

4
Status viduarum castitatis est.

a Iud. 15, 10.

5.
Personarum liberarum status.

6

Lib. 1. de monst.

Eu. c. 9.

b Ge. 6. 8.

c

c ca. 25. 25

d c. 51. 50.

e Exod. 2.

22.

c

Gloriosa castitas est in coniugatis.

c

Iſai. 62. 5.

Christus ex
virgine &
matre con-
iugata na-
tus.

g Cant. 2. 2.

Bonauent.
in Det. Sal.
tit. 4. c. 4.
Medic. 20.
P. art. 1.
Lilium sex
folia habet
& sex vir-
gulas instar
ignis.

h Eccl. 9. 8.
Lib. 9. Mor.
c. 19.
i 1. Cor. 7. 34
k Dan. 10. 5

cum Virgine, custodiente utroque Virginitatem; in cuius rei exemplum adfert Glossa Iosephum & Mariam, atque Crisanthum & Dariam. Voluit enim Christus Seruator noster, matrimonium & virginitatem honorare nascentem ex matre coniugata & Virgine, ut coniuges intelligerent, se non excludi, quin possint preciosissimum Virginitatis florem cōseruare: quamuis res hæc sit rarissima; & quæ absque vocatiōe, valdeque singulari gratia, non possit obtineri.

Hi sunt sex continentia status in Catholica Ecclesia florentes, quorum causa de sua sponsa dixit sponsus; *g sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.* vocat autem spinas, multitudinem coniugum, quæ verè punguntur & affliguntur oneribus matrimonij, educatione scilicet filiorum, & reliquis curis, quas status ille adfert. Eas vero, quæ continentiam profitentur, appellat lilia, ob earum candorem, & castitatis pulchritudinem, & suauissimi odoris fragrantiam, quam in totam Ecclesiam emittunt. ut sic status hic tantum excellat alterum, Quantum lilium excellit spinas. Nec vacat mysterio (ut in alio loco perpendimus:) quod lilium sex habeat candidissima, & mollissima folia, totidemque virgulas aureas, & instar ignis inflammata, quæ intra ipsa folia continentur, ad significandum sex genera castarum personarum prædicta: ex quibus ipsa Ecclesia constituitur ex ea parte, qua est congregatio purarum animarum, immaculati agri sponstarum; sex item gradus, actusve perfectæ castitatis, in operibus scilicet & actibus; in verbis tam proferendis, quam audiendis; in aspectu & reliquis sensibus; in cogitationibus, ac desiderijs internis; in euitandis omnibus occasionibus; ac denique in intentione, qua hæc omnia fiunt; non coactè aut ex necessitate, aut ob inane aliquem & terrenum finem; sed amore ipsiusmet Castitatis, ac voluntate placendi ipsi Deo. Quare hi sex actus communes esse debent omnibus sex generibus personarum; adhibito studio, ne puritas corporis & animæ vlla re parua aut magna ex eis, quas insinuauimus inficiatur, sed consilio Sapientis fiat satis, qui ait *h omni tempore sint vestimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat.* Corpus (ait Sanctus Gregorius) cum omnibus eius partibus est animæ vestis: quod mundum & candidum seruat, cum ab omni genere turpitudinis & maculæ recedit: opus tamen est, ut superior spiritus pars, quæ est caput, oleo deuotionis & charitatis vngatur: ut ipsam castitatem comitetur. Id autem significant sex illæ virgulæ, quæ intra sex lilij folia continentur: vnusquisque enim Castitatis gradus habere debet proprium amoris & Zeli affectum, à quo dirigatur, exornetur, extimuletur, magnumque feruorem accipiat, ut anima casta, i Sancta sit, (ut dixit Apostolus) *corpore & spiritu*, interius scilicet, & exteriorius: sicque *k cinctæ auro obrizo*, non solum ad renes, sicut Angelus ille,

quem

quem vidit Daniel, sed etiam ad *mansillas*, sicut alter ille Angelus, quem vidit Sanctus Ioannes: ad significandum, (vt ait idem Sanctus Gregorius) castitatem Euangelicam non solum cingere & constringere opera; sed affectus etiam ac desideria: mortificando carnis propensiones, sensualitatis passiones, phantasia: imaginis; & omnia inordinata cordis desideria. Sicut autem lexunt Castitatis gradus: ita sunt sex actus mortificationis, illis respondententes. Mortificatur enim sensus tactus, ne tangat illicita; lingua, ne turpia loquatur; aspectus, ne inordinate aspiciat, quod non licet desiderare; potentia: interiores, ne prauas cogitationes & affectus producant: quod si aliqui orantur, statim suffocentur, nullo adhibito eis consensu. Denique abique mortificatione hæc omnia strictè præcingente, non potest castitas esse stabilis: quæ, vt conseruetur, eo firmo animi decreto opus habet, vt potius velit sanguinem fundere, quam puritatem maculare. Ac propterea Scriptura diuina dicit: *in ferculum Salomonis ex libani lignis fabricatum, habuisse ascensum purpureum*, qui color est sanguinis. Quæ autem sedes siue ferculum hoc est, nisi casta & pura anima, cuius castitas significatur per ligna, & cedros montis libani, quæ alba erant, fortia & quasi incorruptibilia. Gradus autem, quibus ad eam ascendebatur, cooperti erant purpura: non enim ad eam puritatem anima perueniet, in qua verus Salomon Christus D. N. sedeat, ac requiescat, nisi exercitia adsint mortificationis, quæ actus castitatis comitentur.

MAGNA præterea animi fortitudo peccatusque inuictum necessarium est, ad pugnandum cum hostibus eam impugnantibus: agmini enim passionum in carne nostra existentium, duo alia accedunt: alterum ex ipso inferno, plurimas habens Dæmonum suggestiones, ipsas passiones stimulant; alterum ex mundo, plurima offerens exempla praua, & occasiones carnalium, ipsas passiones nostras irritantium: Accessit quoque hæreticorum agmen, qui eius virtutis splendore, quasi exæcati, cum non audeant eam aggrederi, vt allequantur, & colant: eandem persequuntur & contemnunt: quare, nisi adsit magna animi fortitudo, uon obtinebimus victoriam. Non tamen deerit prouidentia diuina in prospiciendo Castitati de tali comite, vt vitæ expugna euadat: quemadmodum est præclare delineatum ac depictum in decantato illo & solenni in *Salomonis throno, ex ebore confecto, & auro fulu nimis vestito, cuius sedile tenebant due manus hinc atque inde, & duo leones stabant iuxta singulas manus. Et ad sex gradus quibus ad thronum ascendebatur erant duodecim leuiculi, bini ad singulos, alter ad vnum latus, alter ad alterum. Ille, inquam, thronus (teste Sancto Bonauentura) figura fuit castitatis, vel animæ castæ, cuius symbolum est ebur, os scilicet Elephantis candidum, politum, solidum, & incorruptibile: & ipse Elephas est animal castum.*

*1 Apoc. 1. 13
Lib. 2. mor.
c. 2.
Castitas E.
uangelica
constringit
passiones
Carnis.
Sex actus
mortifica-
tionis.*

in Cant. 3. 9

*Suggestiones
dæmonis &
mundus a
gmine casti-
tatis inimi-
ca.*

*1. Reg. 10.
8.
2. Par. 9. 7.*

Vbi supra.

Vide Gl. ibi.

o. Car. 5. 13.

Vide Marti-
num Delrio
ibi.Fortitudo
necessaria in
castitate.
2. 2. q. 123.
a. 6.Castitas in-
summa
perfectione
est velut se-
dile ebur-
burneum.Magnani-
mitas & fi-
ducia duo
leones sunt.
p. Pro. 28. 1.Vocationū
in castitate
diuersitas.

propterea in libro Canticorum dicitur: *o venter sponsi eburneus, distin-*
ctus saphyris, qui sunt lapides preciosi, coloris celestis, virtutem habentes
 ad fouendam castitatem; ideoque significant castitatem & puritatem san-
 ctissimæ eius humanitatis, varijs virtutibus, & affectibus celestibus exor-
 nata, quæ illam ob eius pulchritudinem ac perfectionem comitantur. Et
 hoc ebore conficitur sponsi diuini thronus, anima scilicet casta, munda
 & incorrupta; vestita & exornata auro purissimo Charitatis; sine qua casti-
 tas non habet pulchritudine suam completam. Ad eundem thronum ascen-
 ditur per sex gradus eburneos sex scilicet gradus ac genera continentie
 prædicta. Sed quoniam magni sunt hostes ascensum prohibentes prospexit
 Deus duos leunculos, qui singulos gradus custodiant, virtutem scilicet for-
 titudinis, cum duobus suis egregijs actibus, quos S. Thomas appellat *aggredi*
 & *sustinere*: Aggrediendo scilicet magno animo hostes, cū opus est os illis ostē-
 dere; sustinendo autem labores ac difficultates: ita vt eorum causa, virtus nō
 flectatur, aut cedat. Alter etiam leonum stat ad latus dextrum, alter ad si-
 nistrum: quia fortitudo ostendenda est, resistendo rebus delectabilibus, quæ
 luxuriam prouocant; amplectendo verò asperas, quæ ad castitatem conser-
 uandam conferunt. Quæ cum ad maximam suam perfectionem peruene-
 rit, est sicut sedile eburneum, in quo Rex Salomon sedebat, quod duæ ho-
 minum manus, duoque magni leones sustentabatur. Suprema enim castitas
 secum habet manentem, & quasi assidentem ipsum Deum sponsum suum:
 qui sua præsentia honorem ei, solatium, magnasque diuitias præbet. Sed ad
 suam conseruationem duabus indiget manibus, nostris scilicet operibus, &
 industrijs; & nominatim (vt Glossa ibi habet) operibus duplicis vitæ, A-
 ctiuæ & Contemplatiuæ: quibus conseruatur, & alitur. Quæ manus non
 leonis sed hominis erant, ad significandum iudicium, quietem, discretio-
 nem & prudentiam, quæ necessaria sunt ad Sathanæ astutias deprehenden-
 das, & arte potius ac dexteritate, quàm violentia expugnandas. Quamuis
 prope ipsas manus sunt duo magni leones, hoc est, duæ insignes virtutes,
 quas vocamus cordis *Magnanimitatem* ad egregia cœpta; & *Fiduciam* de om-
 nipotentia diuina, vt eadem obtineamus; & in magnis ac periculosis pu-
 gnis victores euadamus, scriptum est enim: *p. Inst. a quali Leo confidens absque*
terrore erit, neminem timens. Bene conscius, quod qui ipsum vocat ad con-
 tinentiam, potens sit ad præstandum auxilium, vt illam seruet in eo gradu,
 quo ille iubet, aut inspirat: non enim omnes ad eundem vocat, sed altissima
 potius prouidentia vocationes distribuit fidelibus Ecclesiæ membris, alios
 vocans & inuitans ad hunc statum & continentie gradum, alios ad alium:
 singulis offerens necessarium auxilium & fauorem ad gradum sibi inspiratū
 seruandum; quem magna animi promptitudine, cordisque lætitia ample-

ctid.e

tui deberet, ipsum Dominum glorificans; qui vocare dignatur. Quemad-
 modum suadet Ecclesiasticus, exhortans ad huius celsissimæ virtutis ex-
 ercitia, suavissimis hisce verbis: *q̄ florete flores, quasi liliū; & date odorem,*
& frondete in gratiam, & collaudate canticum, & benedicite Dominum in ope-
ribus suis. Quasi distinctius dixerit: qui serio Deo vestro placere cupitis:
 cogitate, de eo scriptum esse; *et quod pascatur inter lilia:* eo quod familiaris
 eius consuetudo sit cum animabus castis. quare producite sicut liliū fo-
 lia candida, & flores seu virgulas aureas: amplectentes excellenter omnia
 opera & affectus castitatis; suavemque boni vestri exempli odorem dif-
 fundentes; ad gloriam eiusdem Domini: quem merito laudare ac magnifi-
 care deberis, eo quod vos iuuat gloriosa aded castitate florere, ne timeatis
 per eius gradus ad supremum vsque ascendere, si talem ascensum ipse Do-
 minus inspirauerit: nam in vestram defensionem duodecim constituit leo-
 nes; & duos alios multo adhuc maiores & fortiores: qui hostes vestros ter-
 rebunt. In auxiliū vestrum venient Apostoli, qui Castitatem prædicarunt;
 Angeli, qui à natura sua illam possident, suntque ad eius custodiam destina-
 ti: quorum opera instar leonum erunt. ad eam in vobis tuendam: & leo de
 tribu Iuda eandem quoque habet sub protectione sua, qui ad *lectulū* sui cu-
 stodiam *sexaginta fortes ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios & ad bella do-*
ctissimos constituit, qui demones omnes terrebunt. Cōstitui te tanquam ve-
 stræ Castitatis exemplar eum Dominum, qui se ipsum *et liliū conuallium* ap-
 pellauit: eo quod de cælo descenderit, vt castitatis & humilitatis esset Ma-
 gister, ad solatium & consolationem humilium: in quorum cordibus flos
 hic aded preciosus inuenitur, quare florete sicut liliū hoc, purissimam eius
 castitatem imitantes. O castitas suprema! si mortalibus innotesceres: quàm
 ab illis diligeris! quis laudes tuas nouerit recensere? aut quis tuas excellen-
 tias explicare? tu es flos legis Evangelicæ, corona Religiosorum, gloria Sa-
 cerdotum, honor Virginum, viduarum protectio, liberorum consolatio, &
 vnio quæ ligatos & coniugatos perficit. Tu es *liliū inter spinas*, & quidem
 tantæ pulchritudinis: vt nec Salomon cum omni gloria sua, tecum possit
 conferri. Te induit Agnus Dei, ex te natus est in terra, in te pascitur, & te
 vult habere comitem. Folia tua ipsæ stellæ mirantur; flores tui cælos ip-
 sos lætificant; & odor suavissimus Iustos omnes confortat. Tu es di-
 uini sponsi lectulus, ac thronus: in quo suam ostendit maiestatem & ampli-
 tudinem; tu es ferculum, in quo ille cū totius mundi stupore portatur; chari-
 tas te exornat; fortitudo comitatur; & preciosæ vitæ gemmæ iucundè ti-
 bi associantur; & tanquam zona aurea magnam omnibus tribuis elegātiā.
 Te prædicant Apostoli, Angeli custodiunt, & Iusti omnes venerantur: Sa-
 cri tui: *u Nazarei sunt niue candidiores, nitidiores lacte, rubicundiores ebore*

q̄ Ecc. 19. 19
 Deus ani-
 mabus ca-
 stis familia-
 ris est.

t̄ Can. 2. 16.
 S. Greg. ibi.
 S. Hier. Eps.
 ad Demetr.

t̄ Can. 37.

t̄ Can. 2. 1.

Castitatem
 omnes vir-
 tutes comi-
 tantur.

u Thr. 4 7.

antiquo, Saphyro pulchriores. Chorus tuarum Virginum instar est nix de celo cum summo candore descendens: nam ab ipsa natiuitate integritatem retinet virginalem, in qua per totam vitam cum magna excellentia perseverant; viduarum chorus est tanquam lac, quod prius fuit sanguis, pectoris autem calore albescit: primum enim sequuntur opera carnis in matrimonio, quas tamen postea diuinus Christi amor, eiusque pectoris dulcedo puritate tua dealbavit. Chorus Sacerdotum est tanquam ebur antiquum: quod ex antiquitate fit ex albo rubrum, nam veneranda lacri eorum Sacerdotij canities charitate eos & fortitudine induit, ut puritatem tuam pulchriorem reddat, ac defendat. At chorus Religiosorum est sicut x Saphyrus, & quasi celum cum serenum est: eo quod à mundi tempestatibus & tumultibus fugientes, ad stellatum Religionis celum confugiunt, ut cum maiori quiete, ac securitate tota sua vita illud possideant. O Sacra y Sulamitis, pacifica, veri Salomonis sponsa, quid in te videbimus, nisi choros Castrorum, innumera-bilium scilicet militum virorum ac mulierum, & sequentium agnum quocum-que ierit, cum instrumentis musicis in manibus suis cantantium, pulsantium, pugnantium ac sine intermissione vincantium? Pugnunt contra hostem tuam luxuriam, vincunt carnem suam, referunt de Daemone triumphum, orant absque impedimento, concinunt diuinas laudes, & ex tuis victorijs gloriam Deo ipsi tribunt: Beati, qui sub tuo vexillo perseverantes militant usque ad mortem. Per te siquidem aeternae gloriae coronam obtinebunt. Haec in genere summa est rerum omnium, quae spectant ad Professores continentiae in varijs statibus, de quibus fusius, magisque in particulari agetur in capitibus sequentibus. Aduertant autem omnes: cum conferemus excellentiam horum statuum, vnum alteri praeferebant; id praecipue esse intelligendum de vnus status cum altero collatione; non descendentes ad particulares personas, qui in eis statibus versantur. Nam, ut certum est, Continentium statum praecellere statum Coniugatorum; & Religiosorum excellere laecularium: ita certum est, aliquem in statu coniugali excellere posse in Sanctitate aliquem continentem; & laecularem aliquem, etiam religiosum. Excellentia tamen ipsius status plurimum iuvat eius professorem ad Sanctitatem eius cum maiori suauitate, facilitate, ac perfectione consequendam, ut ex dicendis in singulis statibus apparebit.

x Ex. 24. 10

y Cant. 7. 1

z Ap. 14. 4.

Casti vsque
ad finem
vita, beati
sunt.

CAPVT II.

Qua ratione LUXVRIA CASTITATEM omnibus Christianis communem oppugnet, hæc vero illam vincat.

PERPETVÆ CONTINENTIÆ status præsupponit tanquam fundamentum gradum illum castitatis, qui ita est omnibus Christianis communis, vt sine eo non liceat ad regnum cælorum peruenire: cuius munus est, omnes cogitationes, desideria, verba, & opera coercere, quæ in sexto & nono diuinæ legis præceptis sunt prohibita; ita vt omnibus vitijs ac peccatis sub luxuriæ vexillo militantibus (quæ est inordinata sensuum voluptatum appetitio) exactè resistatur. Ad hanc castitatem vocat Christus D.N. & inuitat omnes Christianos, offerens eis sufficientia auxilia ad eam, si velint, obseruandam: nam neq; liberum eis deest arbitrium, vt velint; nec possibilitas, & facultas deerit, vt eam re ipsa obtineant. Nam quæuis naturales vires ad id non sufficiant: ipse tamen Dominus noster semper est paratus, ad ferendū auxilium, & gratiā suā diuinā supplendum, quod liberi nostri arbitrij imbecillitati deest; ac proinde frequenter mittit cælestes suas inspirationes, & illustrationes: aperiens seruis suis cælesti lumine vilitatem & fœditatem luxuriæ, vt eam detestentur; & præstantiam ac pulchritudinem castitatis, vt eam ament, & complectantur: muniens eos potētibus armis, vt eius hosti resistere possint, quæ satis etiā munita, & ad pugnam præparata ipsos aggreditur. Nam (vt ait S. Augustinus) inter omnia Christianorum certamina sola duriora sunt prælia Castitatis: vbi quoditiana est pugna, & rara victoria: grauem enim Castitas sortita est inimicum: qui quotidie vincitur, & timetur: nam etsi semel vincatur, non tamen otanino extringitur; imo eadem, & interdum maiori vehementia, & impetu, quàm prius redire solet; hic hostis est quem S. Ioannes a *CARNIS concupiscentiam* appellat: (cuius feritatem ostendimus tractatu secundo tomi secundi) quæ vitæ est satanæ ad impugnandum omne genus personarum, siue Ecclesiasticæ illæ sint, siue sæculares, religiosæ, coniugata, virgines, aut viduæ: varias eis suggerens tentationes: qualdam apertas, alias occultas, & quasi latuatas, iuxta cuiusque tentati dispositionem. Aliquando enim vehementius impugnantur, qui huiusmodi voluptates non sunt experti: quia fingitur illis multo maior iucunditas quàm re ipsa sit: alquando etiam tentantur grauitur, qui eas aliquando degustarunt ab earundem memoria: vt ad easdem reuertantur. Licet interdum hîdem non ita vehementem sentiant tentationem: eo quod ipsa experientia opinionem illam minuat; & contem-

Christus
castis' auxi-
lia confert
sufficientia.

Serm. 250.
de tempor.

cc
cc
cc

al. Ioa. 2. 16
durissima
sua prælia
castitatis.

ptum quendam ipsarum voluptatum adferat. Sed omissis nunc pugnis & prælijs occultis, de manifestis dicamus, quæ omnibus sunt communia; ac de modo, quo potest castitas de eisdem triumphare.

§ 1. *Pugna Luxurie.*

Omnes in ordinati appetitus subluxuriantis litant.

a Ephe 5. 12

Voluptatis sectator in bestiam transformatur.

Lib 31. Mor.

c. 31.

Lib. 2. de

Sum. bon. c.

39.

S. Tho. 2. 2.

q. 152. a. 4.

Serm. 39. in

Cantica.

Vitia con

tra casti

tatem

pugnans

cia.

”

”

”

”

”

”

”

QVONIAM Luxuria, unum est septem vitiorum, quæ Capitalia vocantur, innumeros sub suo vexillo milites habet sibi adherentes: omnes scilicet inordinatos rerum delectabilium huius vitæ appetitus. Quæ res globos & sagittas suas ad quinque sensus iaculantur, ad excitandum scelerum in phantasia imagines; & alliciendum, ad easdem concupiscendas, ut turpibus voluptatibus poriantur. Duæ sunt horum militum classes: quidam enim sunt filij & progenies improbæ huius matris, & maledictæ huius arboris fructus; alij sunt varia vitia, quæ accedunt, ut illam iuuent in suis votis explendis. Ex quo licet eius sceleritatem ac feritatem deprehendere. Ad eam enim illa est turpis, tantumque adfert horrorem: ut oculi casti nec videre illam possint, nisi larvata, & honestis aliquibus tectam formis, quæ absque tali horrore & offensione illam prodant. Siquidem, ut Apostolus dixit: *quæ in occulto fiunt ab ipsis, turpe est & dicere*. ibi enim idolum ex sua faciunt voluptate: ponentes illud in templo Dei, hoc est, in suis corporibus, quæ magnæ cum ignominia prophanant, & se ipsos dedecore afficiunt: eò quod se in bestias transformant, dum verè bestiales suos appetitus sequuntur. Cum igitur arbor ex suis fructibus agnoscat, qualis illa erit, cuius fructus (ut ait Gregorius & S. Isidorus) sunt cæcitas mentis, præcipitatio consilij, inconstantia in iudicio, exolutio linguæ, & sensuum effrenatio, desiderium rerum præsentium, diffidentia de futuris obtinendis, tædium rerum spiritualium, inordinatus sui ipsius, suarumque propensionum amor; odium verò Dei, et ipsi prohibentis. Decem hi fructus ad eò perniciosi sufficere possent ad arborem, quæ illos profert, detestandam: quibus illa vititur, ut suorum desideriorum compos euadat. Sed audiamus alios decem, qui militum instar illis seruiunt ad castitatem impugnandam, quos præclare sanctus Bernardus delineavit, declarans in sensu mystico currus illos, in quibus Pharaon persequutus est populum Israel: quorum, unus, inquit, est currus luxuriæ, qui quadriga voluitur vitiorum, in glunie videlicet ventris, libidine coitus, mollicie vestium, & otij soporisque resolutione. Trahitur autem currus iste equis duobus, prosperitate vitæ, & rerum abundantia: & qui his præsidet, & aurigæ, qui eos gubernant, etiam sunt duo: gnaviæ torporis; & infida, ac cæca securitas. Hi calcaria mihi habent; neque flagella, vel aliquid huiusmodi; sed pro his utuntur paruulo papilione siue conopeo ad faciendam umbram, & stabello ad citandum ventum: hoc est, dissimulatione, & obliuione curarum importunarum; ac delectatione inanis adulationis. Hic est præcipuus

Pharaon

Pharaonis currus in figura dæmonis, quo is grauitèr homines oppugnat, & horrendam edidit in mundo stragem per hæc decem vitia, quæ S. Bernardus hic insinuat, ad eos Tyrannidi suæ subijciendos. Nam si rem aliùs repetamus; in hunc currum tempore Noe sunt ingressi omnes homines eius sæculi, non solum, qui erant de genere Cain, & retinebant improbi parentis factorem; sed etiam qui originem à Seth trahebant, quos scriptura b *filios Dei* appellat, sed à sua nobilitate degenerarunt, vt fierent luxuriæ mancipia. Tantaque fuit morum corruptio, vt ad huius vitij incendium extinguendum, diluuium venerit, quod mundum submersit, c *Et consumpta est omnis caro, vniuersi homines, &c. cuncta, in quibus spiraculum vite erat in terra, mortua sunt.* In eodem curru vecta sunt adhuc magis effrenatè Sodoma & eius sociæ, cõiungentes improbitatem hanc suam, (vt dixit Ezechiel) d *cum superbia, satietate panis, & abundantia, & otio, nec manum egeno & pauperi porrigentes.* & hac ratione castitatem à suis finibus repererunt. Et in hodiernum diem horrendus hic currus trahitur per virides, latosque mundi huius campos, per plateas & ampla sæculi huius fora, recipiens in se eos omnes, qui latam perditionis viam tenent, qui sunt innumerati. Maximam vero stragem edit in potentibus ac diuitibus: quorum vitæ facillimè vertuntur super quatuor eius toris ducentes vitam more Epulonis illius auari, in comellationibus, & conuiujs lautissimis, in vestibus mollibus & preciosis; sunt otij studiosi, & laboris hostes; delectantur diucius in mollibus lectulis dormire, turpes suas querentes voluptates, abutentes ad id omni temporalium bonorum prosperitate, & abundantia, qua effrenes post suas voluptates feruntur, non indigentes calcari, ad eas persequendas impellenti. Nam, vt dixit Ieremias, e *Equi amatores & emissarii facti sunt, vnusquisque, ad uxorem proximi sui hincibat:* ex quo prouenit eis summus torpor, & ignauia ad res omnes salutis, ac simul falsa eius securitas: persuadentes sibi, diu se victuros, multumque gestant conopeum aliquod, vt ab æstu, & rebus omnibus, quæ molestiam aliquam adferre possunt sese tueantur: querentes rationes & prætextos, quibus vitia sua colore aliquo honesto tegant: vt cum minori conscientia remorsu peccent. Flabello quoque vtuntur, socijs scilicet adulatorijs, qui illos recreent; & quæ malè faciunt, approbent, atque adeò propterea ipsos beatificent: hi sunt infelices illi apud Sapientem dicentes: f *Venite, & fruamur bonis, quæ sunt: & vitamur creatura tanquam in inuentute celeriter, vino prooso & unguentis nos impleamus: & non prætereant nos stros temporis: coronemus nos rosis, antequam marcescant; nullum prætereat sit, quod non pertranseat luxuria nostra; vbiq; relinquamus signa lætitiæ quoniam hæc est pars nostra, & fors nostra.*

Quo d si distinctius adhuc nosse desideres feritatem, & crudelia curru-

huius

b Gen. 6.2.
Impudicitia
causa dilu-
uij.

c Gen. 7.21.
Impudicitia
deleuit so-
domam.
d Ezech. 16
49.

Impudicitia
maximam
stragem e-
dit inter po-
tentes.

e Iere. 5.8.
Impudicitia
causat ig-
nauitatem in
rebus salu-
tis.

f Sapia. 2.6.

Meretrix
apocalypsi
en. s. Luxu-
ria.
8 Apo. 17. 1. 3

Fornicatio
alia carna-
lis alia spi-
ritualis.

h. Ierem. 3. 3
i. Isai. 3. 9.

Ex Pro. 3. 3.
In finitum
numerus
impudico-
rum est.
l. Apoc. 17. 15
m. Iob. 15. 10
Luxuria est
vinum.

Bestia qua
fuit mulier
demon est.

2. 2. 4. 154.
en. 1.

huius machinamenta; impudentiamque eorum, qui in eo vehuntur; audi quid S. Ioannes referat, in visione, quam habuit de quadam magna meretrice, quæ in sensu morali est ipsa luxuria: de qua primum dicit, quod *g. sedebat super aquas multas.* & postea addit: *& vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam, plenam nominibus blasphemie, habentem capita septem, & cornua decem. Et mulier erat circumdata purpura, & cocco, & inaurato auro, & lapide precioso, & margaritis, habens poculum aureum in manu sua, plenum abominatione & immunditia fornicationis eius: & in fronte eius nomen scriptum: mysterium: Babel magna mater fornicationum, & abominationum terra.* Quæ pictura magis propria esse potuit luxuriæ, quam hæc sit mulier? & quod nomen aptius illi accommodari potest: quàm *mater fornicationum*? non ait fornicationis, sed fornicationum; quia duo sunt genera earum: quedam enim sunt carnales, quæ carne exercentur; alie spirituales, quæ sunt spiritu: cum inordinate ad hæretur creaturis, bonisq; terrenis, cum iniuria creatoris: vt cum proprio gustu, quasi in pellicatu maneat. Idque nomen in ipsa fronte scriptum gerit: luxuria enim, cum crescit, induit h. frontem meretricis: nec solum nõ erubescit ob sua peccata, sed potius i. quasi Sodoma illa predicat. Vestis quoque ostendit eius carnalitatem: circumdat enim se purpurâ, auro, & lapide precioso; vt hominum corda deprædetur. In manu quoque dextra, quasi prosperitatem & abundantiam promittens, poculum habet aureum, in quo vinum propinata-bominandum fornicationum suarum, inuitans eos, vt vsque ad satietatem ex eo hauriant: quia poculum est magnum, & quamuis multum bibât: multum adhuc supererit hauriendum. Et quoniam carnalium hominum situm nunquam satiatur: postquam, hausto hoc vino inebriantur: *k. quando emiglabimus,* inquit, *& rursus vina reperiemus.* Tot verò sunt, qui ad hauriendum ex eo poculo accedunt, vt numerari non possint: ac propterea S. Ioannes dixit: mulierem sedere *super aquas multas:* quæ significant *l. populos multos.* Meritò autem, aquæ appellantur populi, qui luxuriæ subijciuntur: eò quòd instar aquarum fluant, ac pereant; ipsamque, *m. iniquitatem bibant tanquam aquam.* Luxuria enim est vinum: quatenus sensum lætificat, & inebriat; iudiciumque peruertit; & aqua: qua facit spiritum frigere, & charitatis feruorem destruit. Est tamen etiam ignis, quasi bituminis Babilonici, quod etiam in aqua ardet; & vix est, qui possit extinguere: quia nunquam dæmon cessat flare, vt non extinguatur. Ac propterea S. Ioannes dixit: mulierem illam *sedisse super bestiam coccineam:* hoc est, dæmonem, qui est illi instar currus & nauis, quâ vehitur per regiones hominum carnalium; & per aquas multas sensualium: quos instigat ad hauriendum vinum, ab execranda muliere in suo poculo oblatum. Septem capita significant multitudinem tentationum, quibus impellit ad septem luxuriæ species; quas S. Thomas appellat *fornica-*

tionem

tionem simplicem. Adulterium, Incestum, Stuprum, Sacrilegium, Mollicitem, Sodomiam, siue bestialitatem. Decem cornua sunt decem vitia prædicta: quæ tanquam instrumenta sunt, quibus animos hominum impugnat, vt illos ad sua vota pertrahat. Et quod huius meretricis impietatem, & nequitiam explet, illud est, quod cum tanta securitate bestia illi insinuat; & cum tanta rerum aliarum in curia, vt dicat in corde suo: *n Sedeo regina: & vidua non sum: & luctum non videbo.* Quasi dixerit nunquam mihi deerunt subditi, quibus imperem; nunquam videbo viduitatem meam, vt turpibus meis voluptatibus priuer, nec planctum experiar, aut tristitiam & amaritudinem.

s. 2. Vocatio ad fugam Luxuria.

HINC INCIPIT vocatio diuina, opulque suum aggreditur cœlesti illa voce, quam idem S. Ioannes audiuit: *a exite a Societate improba illius mulieris. popule meus, vt ne particeps sitis delictorum eius & de plagis eius non accipiat. quoniam perueniunt peccata eius vsque ad cœlum, & recordatus est Dominus iniquitatem, quantum glorificauit se, & in deliciis suis, tantum accipiet tormentum, & luctum: ideo in vna die venient plaga eius, mors, & luctus, & fames; idque repente cum illa in flore suæ prosperitatis existens, id minimè cogitabit: scriptum est enim: b prosperitas stultiorum perdet illos, & c cum dixerint, pax, & se curatus, tunc repentinè eis superueniet interitus corporis & animæ. Et d. Angelus Domini mittet meretricem illam in mare tanto impetu, quanto magnus lapis molaris ex altissimo loco ruit ad profundum; & pompulus eius currus descendet in profundum quasi lapis, sicut currus Pharaonis; & exercitus eius. Te- nent (ait Iob) tympanum & cytharâ in manibus suis, & gaudent ad sonitum organum. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt; eo quod non aduertentes miseriam suam, lenlim cadunt, donec se in ea immerfos inueniant. & quoniam quasi repente ab vno extremo ad alterum transeunt, hoc est, a magnis delicijs ad grauissimos cruciatus: multò grauius feret repentinâ adeo mutationem. Rotæ lasciuientis currus ibi mutabuntur in rotas dolorum æternorum, rotantes ab his ad illos absq; vlla requie. Voracitati succedet esuries perpetua, & rabida sitis: ita vt neque gurgula eius detur, quâ linguam suam refrigerent. Pro veste splendida, & molli lecto h sternetur sis (vt ait Isaias) timea; & operimentum eorum erit vermes; ardor turpium voluptatû conuertetur in sempiternas flamarum ardores; otio & somnolentiæ, vigiliæ respondebunt sempiternæ & grauissimæ. Non inuenietur ibi conopeum vmbra faciens contra æstus intentissimos; nec flabellum frigidum excitans ventum: purè enim ac merè patientur, absque vilo vllius leuaminis temperamento. Quod si ita est, cur non refugis talem curram conscende: cuius terminus & finis est cruciatus æternus? quod si, quæ tua est miseria & infelicitas, iam illum conscendisti: cur non exilire contendis, confractis*

Septem luxuria species.

Decem bestia cornua vitia significant.

n Apo. 18. 7

a Apo. 18. 4

I.
b Prou. 1. 33
c 1. Tess. 5. 30
d Apo. 18. 21

e Exo. d. 15. 5
f Iob. 21. 12.
Impij in puncto damnabuntur.

Omnia tormenta delicijs quibus peccauerunt habebunt contraxia.
g Luc. 10. 24
h Isai 14. 11.

etiam eius rotis, vt tot miserias euadas? quod si non valeas, omnes quatuor vno ictu confringere: incipe saltem ab vna: nam rotæ currus cum pares & integræ sunt, aliæ alias iuuant; sed vel vna contracta, reliquæ non ita bene vertuntur. Ita igitur si coniungantur gula & mollities, sensualitas & otiositas, currus luxuriæ volat: ac si mortificationis thalio gula impetum confringas; aut nimias delicias, aut otiositatem occupatione ac diligentia excutias, currus ipse dissoluetur. Quid igitur dicam de *matre ipsa fornicationum*, quæ bestia illi infidet? Si enim bestia illa est ipse daemon: quo tandem illam nisi ad inferni cavernas deducet; & si bestia est crudelis, & cruenta: quas crudelitates non exercebit in eam, quam tota vita aluit, vt in morte cruciaret. *In vno die* (ait S. Ioannes) *venient plaga eius, mors, & luctus, & fames, & igne comburetur: quia fortis est Deus, qui iudicabit illam, nec erit qui eius potentia possit resistere.* Poculum, quod illa voluptatum vino plenum habebat, Deus implebit vino iræ suæ: coetque vt totum illud exhauriat vsque ad feces, quæ vermibus sciant. De quo dixit ipse Saluator: *in gehenna nec vermem eorum, qui ibi sunt, mori, neq; ignem extinguui*; sed potius semper ardeat, & semper cruciare; nec satiari vnquam; sed, cum semper pugnant: nunquid tamen interficere; suisque moribus tales inferre dolores; talesq; clamores, & gemitus excitare: vt duriores ac peiores illi sint ipsa morte, quæ iucundissima ijs accideret, quos crudelissimus ille vermis mordet, vt tales cruciatus possent euitare. Quod si quæras quisnam iste sit vermis? respondeo esse continuam miseriam suæ memoriam: quæ recordantur, & quasi vident, ob breuissimas & exiguas valde voluptates se comparasse æterna & immensa tormenta; & voluptates ipsas iam esse transactas, sed ipsa tormenta permanere. Neque est possibile contractum illum dissoluere eò quod facta sit ipsa rerum traditio, & commutatio, & tempus penitentia sit omnino finitum. ac propterea Iob dixit, impudicorum *in dulcedinem esse vermes*, eò quod omnes eorum voluptates conuertantur in vermes crudelissimos. *Decem cornua bestia odient fornicariam, & desolatam facient illam, & nudam; & carnes eius manducabunt: & ipsam igni concremabunt.* ipsamet enim vitia, & res, quæ fuerunt instrumenta libidinum eius, carnifices erunt hominum impudicorum. Vir detestabitur feminam, quam antea deperijt; & femina similes virum: & vterque furiosa quadam rabie proprias carnes mordebunt: & quicquid in hac vita illis attulit solatium, erit tunc fomentum cruciatuum.

Quod si oculos conuertas ad ea, quæ in hoc mundo geruntur: deprehendes etiam, vertissimum est, quod carnalium dulcedo sit vermis. Nam & ipsi, & quod amant vt luis desiderijs satisfaciant, conuertentur in vermes, quemadmodum S. Gregorius præclare his verbis expendit, Luxuriosi cuiuslibet, atque carnis voluptatibus dediti quanta sit cecitas demonstratur,

cum

2. *Apoc. 18. 8.*

3. *Mar. 9. 45*
Ignis gehenna æternus.

Continua
miseria memoria
vermis est.

4. *Iob. 24. 20*

5. *Apoc. 17.*
16.

6. *Carnalium*
dulcedo
vermis est.
Lib. 26. Moral. 6. 29.

cum dicitur: *dulcedo illius vermis*. quid namque caro, nisi putredo ac vermis est? & quisquis carnalibus desiderijs anhelat, quid aliud, quam vermem amat? quæ enim sit carnis substantia, restantur sepulchra quis parentū, quis amicorum fidelium sui quantumlibet dilecti carnem scaturientem vermibus tangere potest? caro itaque cum concupiscitur, pensetur, quid sit exanimis: & intelligatur, quid amatur. Nihil quippe sic ad edomandum carnaliū desideriorum appetitum valet, quàm vt vnusquisque hoc quod viuum diligit, quale sit mortuum penset. Considerata etenim corruptione carnali, citius, agnoscitur, quia cum illicite caro, concupiscitur, tabes desideratur. Hæc S. Gregorius. Est enim summi momenti, ad resistendum tentationibus sensualibus, ex aspectu, & memoria personarum & rerum delectabilium exurgentibus, conijcere statim oculos in vermes, in quos conuertentur. Vt scribitur in Vitis Patrum de quodam monacho, cum grauius tentaretur ex memoria pulchræ cuiusdam feminæ, quam viderat in ciuitate; & postea audiuisset, illam obiisse: accessit ad eius sepulchrum, ex quo partē terræ vermibus plenæ in quodam linteo accepit, quod, cum tentatio ipsum vexaret, naribus applicabat; & putredinis corporalis fetore repellerebat à se spiritua-lem luxuriæ fetorem; & simul tentantem dæmonem vincebat.

SED neque opus est, ipsam mortem expectare, vt verè cognoscatur, carnalium dulcedinē esse vermes. Nam etiam in hac vita sensualis voluptas conuerterit, solet in vermem rodentem, mordentem, cruciantē, ac dilaniantem; & ipsas fortunas instat tinea inaduertenter consumentem: rodit enim ille famam & honorem tanquam caries quædam; consumit sanitatem & vires tanquam eruca; affligit miseram animam multis turbationibus & anxietatibus; pungit eam timoribus ac tremoribus, & conscientiæ remorsibus; ac iudicij seueri, quod expectat terroribus: ita vt verè eius dulcedines in amaritudines conuertantur: vt propterea benè illis competat, quod vulgò dicitur: bonum bolum magnus sequitur clamor: nam etsi, cum sumitur, delectat, & placet multo amplius torquet, postquam est sumptus. n. *Paris est luxuria, qui in vtero sumentis vertitur in fetidum*: o vinum est, quod dum bibitur, ingreditur blado: sed in nouissimo mordet vt coluber, & sicut regulus venena diffundit. p. fanus distillas (ait Salomō) labia meretricis: nouissima autē illius amara quasi absinthii, & acuta quasi gladius biceps. Pedes eius descendunt in mortē, & ad inferos gressus eius penetrant. Et alibi ait: q. inueni amariorē morte mulierē, cuius alpe-ctus est laqueus venatorū, & sagena cor eius, vincula sūt manū eius. qui placet Deo, effugiet illā, qui autē peccator est, capiatur ab illa. Nā p. propter escā voluptatis in laqueū incidit culpæ, & in rete angustiariū, & in catenas, & carceres suarum passionū furentiū; ideoq; finis eius erūt cōpedes & custodia æternæ. Si autē Deo placere cupias, animamq; tuam saluā facere: audi vocationem diuinam

1) Carnali
2) bu defi-
3) derijs in-
4) harent a
5) mai ver-
6) mes.
7) Quid
8) quod con-
9) cupiscitur
10) pensandū
11) post mor-
12) tam quale
13) futurum.

4.
Sensualis
voluptas
vermis est
in vita.

n Job. 10. 14
o Pro. 23. 31.
p cap. 1. 3.
q Eccl. 7. 27

inspirantem, teque exhortantem, ad hoc detestandum vitium fugiendum ob innumeramala & miseras, quas in se continet.

§. 3. *Castitatis pulchritudo.*

HINC ASCENDERE licet ad contemplandam pulchritudinem & amplitudinem Castitatis, triumphantis de hoste adeo potenti: quam tamen non debemus ex ijs, quæ exterius apparent iudicare, sed ad ea, quæ intus habet, respiciendum: clamat enim & apud omnes protestatur: *a nigra sum sed formosa filia Hierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis, nolite me considerare, quod fusca sim, quia decoloravit me Sol.* Vult enim filia Hierusalem dicere: quæ cupitis esse castæ, meamque felicem possessionem pacifice obtinere: attendite, me quidem exterius, & in ijs quæ ab hominibus videntur, esse nigram; interius autem, & in ijs quæ Deus eiusque Angeli vident, pulchram esse & formosam, nigra sum in initijs, cum valde oppugnetur formola tamen in fine, cum victrix evado. Nigra sum ob tristitias & afflictiones, quas in congressibus sustineo; sed formosa ob delicias & solatia, quibus fruor in victorijs: sum nigra sicut tabernacula aspera Cedar, siue Arabum: qui deserta incolunt: eod quoddam carnem castigem ieiunij, cilicij & corporis asperitatibus: sed sum tamen formosa sicut pelles, & candidissima cortina lecti Salomonis, ob candorem, & molitiam, quam hac via in spiritu meo consequor. Caro mea est tanquam tabernaculum Arabum, in quo non alij habitant, quam tortores, qui me persequuntur. Spiritus autem meus est tanquam Regis Salomonis lectus, in quo sponsus Iesus Christus requiescit. Nolite in eo hætere, quod in exterioribus sum nigra: id enim provent ex ardoribus tentationum, ac tribulationum accendentium in corpore meo fomitem, & incentivum peccati, in quo fui concepta; id permittente Soli Iustitiæ, ut nitidior, & candidior evadam. Hæc ait Castitas, ut homines vocet ac inuitet ad ipsam sequendam & amplectendam, & tanquam sollicita & strenua bellatrix suum etiam curram munit contra curram Luxuriæ ad eam oppugnandam ac deiiciendam. Apponit autem in eo quatuor suas rotas abstinentiæ scilicet, ab aliquibus escis, & vino; asperitatem in vestibus; odium rerum, quæ sensus delectant, & amorem laboris, & continuæ occupationis, ne vnquam sit otiosa. Equi curram trahentes, sunt Amor Dei, & ipsiusmet virtutis; & spes præmiorum huius & alterius vitæ. Aurigæ sunt Prudentia & Providentia in attendendo, & prospiciendo, quæ necessaria sunt ad fugiendas occasiones; & meditatio veritatum, quæ in diuinis scripturis continentur. Et quoniam caro sæpè rebellat, adhibet calcaria & flagella, quibus opportunè vtuntur: timorem scilicet iudicij diuini, & inferni; & zelum suæ salutis, & honoris cum timore infamix. Non adhibet con-

peum

f.

a Cant. 1. f.

Castitas nigra est exterius interius vero formosa.

Curram contra luxuriam castitas instruit.

peum, nec flabellum: nam intrepidum potius ostendit os suum Soli, & tentationum ac tribulationum ardoribus. Ac propterea ait: se denigratam esse & laboribus bene assuetam; & in eisdem sustinendis valde fortem ac constantem. Non exornat sese, sicut fornicaria illa Apocalypsis, vestibus sericeis, & preciosis gemmis: quia non querit hominibus placere, sed ipsi Deo: huiusmodi ornamenta non arident. Quod si quando ea admittat ob status decentiam: solet sub eis asperum induere cilicium exemplo gloriosæ illius Virginis ac Martyris Cecilie, quæ et si vestibus, auro intextis, teretur exterius; tenerum tamen corpus cilicio domabat. Hic est preciosus Castitatis currus, qui Carni timorem incutit, ob rerum, quas continet, asperitatem. Ac propterea sponsa dicebat: *b anima mea conturbavit me propter quadrigas & currus Aminadab*: qui sunt virtutes Evangelicæ: & vocantur Aminadab, quod significat spontaneum populi mei, siue dilectum, aut qui magna voluntate populum meum diligit, qui est Christus D. N. cuius hæ sunt virtutes, & cuius amore, Spiritus cum magna oblectatione Castitatem amplectitur, etiam carne tremante. Cum tanto igitur apparatu Castitas bellum gerit contra luxuriam, eius currum confringit, equos eneruat, iugulat attingas, & de omnibus suis hostibus triumphat. Vt autem maiorem resumat animum ad progressum in victoria, dat illi statim eius sponsus stupenda præmia. Loquens enim cum quodam Episcopo, qui in sua Ecclesia tolerabat quosdam impudicos, sequentes doctrinam Balaam, qui dicebat Balac mittere scandalum, mulieres scilicet Moabitas, coram filiis Israel, quæ illos ad fornicandum allicerent: Episcopum, inquam, ipsum exhortatur ad pugnam *dabo manna absconditæ, & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen novum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit*, quasi illi dixerit: pugna viriliter aduersus carnalitatem omnesque eius fautores: si enim victoriam retuleris, remunerabo te manna quodam summæ dulcedinis recondito intra spiritum tuum, etiam si caro eo non delectetur: sed in se erit aded lapidum, vt nullus id possit agnoscere, nisi qui post ipsam victoriam illud delibat: magnus enim Deus noster nostræ imbecillitatis bene conscius, novit (vt Sanctus Gregorius perpendit) neminem posse vitam suam absque delectatione, aut terrena, aut cælesti transigere: cum igitur eius causa & amore tu renuncies carnis voluptatibus: prospere tibi vult, remunerare voluptatibus cælestibus, quæ multo sunt carnalibus præstantiores. Nam (vt sponsa dixit) *d meliora sunt eius verbera vino*, hoc est, suavius multo est lac diuinorum consolationum, quam sit vinum carnalium deliciarum. Et quantum cælum distat à terra, & spiritus à carne, & numerus centenarius superat vnitatem; tantum delitiæ Dei eas excellunt, quas adferunt creaturæ. Ac

*Castitas
carnem af-
fligit.*

*b Cant. 6. ii
S. Greg. ib.
& S. Hiero.
li. i. ad vers.
Iovinianum.*

*c Apo. 2. 17.
Præmia se-
quuntur pu-
gnam con-
tra Luxu-
riam.*

*Li. 18. Mer.
c. 8. in id.
Iob. 27.
Aut poterit
in Omnipotenti de-
lectari.
d Cant. i.*

Collatio 12.
c. 12. & 13.
Delectatio
nes castita
tis maxima
sunt.
c. 1. Cor. 1. 9.

propterea Cassianus dixit: delectationes perfectæ Castitatis aded esse in-
gentes, vt qui eas non gustauerit, non possit agnoscere: qui autem delibate-
rit, non habebit verba, quibus illas explicet. Tanta enim est eius excellen-
tia, vt e neque oculus viderit, nec auris audierit, nec in cor hominis ascenderit, quæ
preparauit Deus ijs qui cum puritate diligunt illum. Aptè autem dicit, non as-
cendere in cor hominis: nam plus quam homo sit necesse est, qui eas sit gusta-
turus excedet enim se ipsum in eo; quod suam carnem omnino sibi subijci-
at. Ad hæc in præmium tantæ victoriæ dat ei Deus calculum candidum cum
illis excellentijs, quas à primi tomi tractatu quarto posuimus. Sed quis cal-
culus magis preciosus, aut candidus, quam ipsa met castitas & puritas à De-
protectione confirmata, & sponsæ nomine exornata? cuius amplitudo ad-
ed est excelsa, vt nullus eam nouerit, nisi sponsa ipsa, quæ illam recipit. Et
quibus in subiectis capitibus differemus.

CAPVT III.

STATVS PERPETVÆ CONTINENTIÆ cœlibibus,
Virginibus, & viduis communis, etiam supra matri-
monij statum excellentiæ.

Duo genera
hominum
sub signis
perpetuæ
continentiæ
sunt.

sess. 24.
con. 10.

21. Cor. 7.
15. 38.

STATVS perpetuæ Continentiæ duo genera personarum complecti-
tur: primum est eorum, quæ eam ita ab infantia sunt professæ, vt ste-
tuerint per totam vitam illam seruare, nec experiri vllam carnis vo-
luptatem illicitam, aut licitam: qualis est in matrimonio: & hæc sunt
quas Virgines appellamus: secundum est earum, quæ post amissam Vir-
ginitatis integritatem: (siue id ex culpa euenerit, siue absque ea) statue-
runt, perpetuò in posterum eam seruare: & vtrunque genus continetur
sub generali nomine continentiæ, quam Latini cœlibatum appellant: quem
horum temporum sectarij summè horrent, ac detestantur: contra quos
Sacrum Tridentinum consilium tale decretum edidit: si quis dixerit, sta-
tum conjugalem anteponendum esse statui virginitatis, vel cœlibatus; &
non esse melius ac beatius manere in virginitate, aut cœlibatu, quàm iungi
matrimonio, anathema sit. Hæc veritas, quæ huius materiæ est fundamen-
tum, confirmabitur in hoc capite rationibus ab Apostolo adductis, dum
tres status inter se confer, & matrimonium in vltimo semper loco ponit. a
De Virginibus, inquit, preceptum Domini non habeo, consilium autem do tanquam
misericordiam consequutus a Domino, vt sim fidelis; existimo ergo, bonum esse ho-
mini sic esse, hoc est, non ducere vxorem. Qui matrimonio iungit Virginem suam

bene

bene facit, sed qui non iungit, melius facit. Mulier alligata est legi, quanto tempore vir eius vivit, quod si dormierit, vir eius, liberata est: cui vult nubat, tantum in Domino. Beatorum autem erit si sic permanserit secundum meum consilium: puto autem quod ego spiritum Dei habeam. In quibus verbis duo Sanctus Apostolus inserit, quæ illa reddunt luculentiora & amabiliora. Alterum est, quod (ut Sanctus Hieronymus advertit) cum annuit, ut nubere possit: non addit, se Spiritum Dei habere; sed id hominis prudentiæ relinquit: quando autem ad continentiam exhortatur: ait consilium illud non ab humano spiritu, sed à diuino procedere: ut tanquam cælesti accipiatur & æstimetur. ut autem intelligeremus, eam non solum verbis continentiam laudare & extollere; sed se quoque exemplo præcedere, accipientem sibi ipsi consilium, quod dabat alijs: manifestat, se, propterea quod illud fuisse amplexus, magnam à Deo consequutum misericordiam. Sed maiori adhuc spiritus feruore doctrinam aggreditur Virginitatis dicens: *nolo, omnes homines esse sicut me ipsum*, perpetuo scilicet castos: & utinam omnes meam imitentur continentiam: ut ego ipseus CHRISTI continentiam imitor. Sed o Apostole Sancte: si omnes homines casti essent, sicut tu es castus: quomodo mundus conseruaretur? Nam absque matrimonio non conseruaretur licite: sed spiritus inebriatus Christianæ perfectionis amore, non tam respicit inferioris mundi huius conseruationem, quam superioris augmentum: & pluris facit centum personas perfectas, quam mille millium imperfectarum successionem & amplificationem.

PRÆCIPVE quod propagatio humani generis non cessabit propterea quod laudetur, adeoque serio conseruetur virginitas. Nam (ut aptissime Sanctus Hieronymus Iouiniano hæretico respondit) difficilis res est virginitas; & ideo rara, quia difficilis: quare pauci sunt, qui animum habeant ad illam amplectendam. Est enim *chilium inter spinas*: à quibus ne pungantur, ipsum iuuam relinquunt. Liliū est super epistyllia siue d' *capitella voluminarum templi*: & pauci sunt, qui animum habeant ad conscendendum, ut eius pulchritudine fruantur. Spectat quoque ad providentiam diuinam, hominum propensionem & vocationem ad omnes Ecclesiæ status distribuere; & ad hanc nominatim: nam sine eius speciali vocatione nemo poterit illum amplecti, ut postea videbimus.

§. I.

HOC IACTO fundamento, astruit Apostolus Virginitatis & Continentiæ supra Matrimonium præstantiam & excellentiam: idque tribus efficacibus & pulcherrimis rationibus, quas S. Thomas deducit, & quarum hæc est summa. Quod ille status sit excellentior, qui magis est expeditus, iusque ad plus amandum, & maiori cum feruore seruien-

dum

Consilium
diuinum est
seruare con-
tinentiam.

b 1. Cor. 7. 7

Virginitas
rara quia
difficilis est.
c Can. 2. 1.
d 3. Re. 7. 16

Status Vir-
ginitatis &
continentiæ
melior ma-
trimonio.
1. Cor. 7. 32.
S. Tho. ibi.
Lect. 7. 6

2. 2. q. 132.

m. 4.

I.

In virginitate melius seruitur Deo.

a 1. Co. 7. 32

b 1. Pet. 5. 7.

Ib. Ep. 2. 2. q.

125. Art. 2.

Felix est fugiens uxorem.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

2.

dum Creatori nostro; qui finis est, in quem omnes conditi fuimus: finis autem debet esse mediorum regula: quemadmodum illud medicamentum censetur melius, quod ad sanitatem obtinendam, ad quam dirigitur, magis confert. Hinc igitur prima ratio oritur: nam quies & tranquillitas in puro Dei amore, & in rebus omnibus ad obsequium ipsius pertinentibus, merito preferri debet anxietati & sollicitudini circa res huius mundi. Cum igitur continentium status sit ex se quietus & tranquillus, diuinoque seruitio totus dedicatus: preferri merito debet statui conjugatorum, qui ex se inquietus & tumultuarius, ac in varias curas & sollicitudines diuisus est, a Paulo, inquit, vos sine sollicitudine esse. Qui sine uxore est, sollicitus est quae Domini sunt, quomodo placeat Deo. Huic soli rei attendit, suasque intentiones ac desideria in ea dirigit: nec habet impedimenta coniugum: qui solliciti sunt, quae huius mundi, quo modo sibi inuicem placeant. Et quoniam tam viris quam uiribus difficile satis fit: haec cogitatio & sollicitudo valde grauis est & anticum tamen studium & sollicitudo placendi Deo, quieta sit, & iucunda, homines enim alias cogitationes, curas & sollicitudines prouincit in ipsum Deum, quae earum curam in se recipit: est enim eius prouidentia valde attendita in bonum, & utilitatem eius, qui de ipsius seruitio est sollicitus. Felix, ait Sanctus Thomas, cuius votum est: uxorem fugere; eius sollicitudo est, Deo seruire; cuius intentio est, Deo placere. Nam in hac ipsa vita incipiet quiete frui, quam in altera aeternum est habiturus. Cumque sit gloriosum, diuitijs renunciare, ut soli Deo vacetur: gloriosius multo erit matrimonij voluptatibus renunciare, ut quis totum se tradat ac mancipet aeternis bonis conquirendis. Hinc secunda deducitur Apostoli ratio: ille enim status excellentior est censendus, qui ad altiores sanctitatis gradus hominem extollit: hoc autem facit continentia. Nam mulier, inquit, innupta & virgo cogitat, quae Domini sunt, ut sit sancta corpore & spiritu. Nam huiusmodi status quietus, & a huius mundi occupationibus expeditus, eam impellit, ut meditationibus rerum caelestium cogitationibus sese dedat; & cogitet, quomodo placeat Domino, quem in sponsu accepit. Couertit enim omnem illam, quam habuisset, terrenam sponso placendi sollicitudinem, in eam, qua studet placere caelesti, ut ita sit sancta corpore & spiritu: in operibus scilicet corporalibus, actibus vitae; & in spiritualibus, contemplatiua: sancta in illis virtutibus, quae corpus contra vitia carnalia & quae spiritu contra spiritualia armant & ornant: sancta in Virginitate, & incorruptibilitate carnis; & multo amplius spiritus, tanquam cetera prudentia habens lampadem suam, non solum integram & mundam exterius; sed interiori etiam oleo charitatis plenam, quo ardet, accenso igne diuini amoris; & splendet lumine vitae exemplaris: Denique, ut sit sancta, Deoque consecrata in omnibus, quae habet, siue in corpore, siue in anima, tanquam vera sponsa non

iam sua, sed tota diuini sui sponsi. Mulier nupta (ait Sanctus Gregorius Nazianzenus) est **CHRISTI** ex parte: at virgo tota **CHRISTI** fit. Illa non se totam alligat mundo: hac autem nullo modo se ei accommodat. Quod est pars quaedam in nupta: est totum in Virgine. Quae igitur Angelorum vitam elegisti, & in eorum choris connumeraris: ita puritatem serua, vt nunquam descendas ad vitam carnis. Non existimes: (ait Sanctus Hieronymus) paruum esse Virginis amplitudinem & excellentiam, quod dicatur de illa, quod cogitet *quae Dei sunt*: vt sit sancta corpore & spiritu: nam etsi nullam aliam mercedem haberet, sufficeret ei haec sola praelatio, *cogitare quae Domini sunt*: huius fructus est sanctitas carnis & spiritus. Nam Virginitas illa est hostia valde grata Christo: cum neque cogitatio spiritum, nec luxuria carnem inficit, aut maculat.

Sed ne hoc videatur onus intolerabile, additidem Apostolus *tertiam* rationem, dicens: *porro hoc ad utilitatem vestram dico: non, vt laqueum vobis iniiciam; sed ad id, quod honestum est, & quod facultatem praebeat sine impedimento Dominum obsecrandi*. quasi distinctius illis dixerit, quod vos ad virginitatem & continentiam exhorter, non id facio, vt vos illaqueare aut affligere velim: sed quod id sit animae vestrae magis vtile; & a laqueis, & lapsibus magis expeditum; magis honestum; & sanctum, ac ab occupationibus liberum, vt sic possitis amplius orare & familiariter cum Deo agere. Nam (vt ait Sanctus Augustinus) extinctus hostis, non tibi poterit nocere, & caro mortificata, non turbat animam; & quamuis matrimonium honestum sit, & sanctum: aded tamen Virginitas illud excellit, vt Apostolus per excellentiam, *honestam* appellet & *sanctam*. Ac propterea Ecclesiasticus dixit: *omnis ponderatio non est digna continentis animae*: quia plura promeretur, quam pro dignitate de illa dici possint. e *O quam pulchra est*, ait Sapiens, *casta generatio cum claritate virtutis*: immortalis enim est memoria illius: quoniam & apud Deum nota est & apud homines. *felix est incoquinata, quae nesciuit thorum in delicto*: habebit fructum in respectu animarum sanctarum, quando scilicet Deus illas visitauerit: & spado siue continens, *qui non cogitauit aduersus Deum nequissima*: dabitur enim illi *dei donum electum, & fors in templo DEI acceptissima*.

INTER alia tamen dona, quae DEVS illi daturus est: illud est excel- lens valde, ac gloriosum, quod Apostolus vocat: *facultatem sine impedimento Dominum obsecrandi*. Quod autem excellentius ac splendidius esse potest, quam aditum habere ad caelestem Regem absque vlllo impedimento? quod si Oratio mater est omnium bonorum, & omnium gratiarum fons; & quae re ipsa omnes imperat virtutes: quanta erit illa virtus, cui facultas illa promittitur, *sine impedimento Dominum obsecrandi*? o felix continentia perfecta, quae orationis impedimenta mortificat, ac repellit! o beata Virginitas,

Tom. 3.

I

qua

Virgo tota
Christi est,
mulier ex
parte.

Li. 1. aduersus
Iovinianum.

3.

Anima v-
tilis est con-
stituta.

Refert S.
Th. ibid.

d Ec. 26. 20.

e Sap. 4. 1.

f Sap. 3. 13.

g 1. Co. 7. 35

Aditus ad
Regem cae-
lestem da-
tur castis.

h Ro. 8. 26.

quæ aditum patefacit ad agendum familiariter cum Deo! Sed quid mirum, quod hoc præstet continentia, quæ animam ipsam (vt paulò infra videbimus) ad sponsam Dei eleuat dignitatem? cui propterea nulla est obsecrata porta, quando cunque velit cum suo sponso conuertari; & cum h. Spiritus sanctus existat in omnibus iustis, qui sunt eius templum, excitans illos adorandum clamoribus & gemitibus inenarrabilibus; potiori iure erit in Virginitatibus & continentibus, quæ sese in viuum eius templum consecrarunt: illisque orationis donum inspirabit, qua castitatis suæ ornamentum impotent, & protectionem: cum enim ea adeò grauius oppugnetur: non poterit absque orationis armis protegi, ac defendi.

§. 2.

PRÆDICTA S continentia excellentias ultra modum extulit Isaias Prophetam ad consolationem continentium, quos vocat *Eunuchos*, ob eorum defectus, quos pati videntur: eò quod nuptijs renunciauerint. Qui defectus, vt plurimum sunt tres: *Solitudo* scilicet: eò quod societate viri aut uxoribus careant, qui subsidio & auxilio ipsis sint in aduersis; *sterilitas*, eò quod prolium careant, quæ ipsos exhilarent, & in quibus ipsorum memoria permaneat: ex qua sequitur *sterilitas*, quod scilicet familiae successio finiatur; & nomen, quod in terra habere poterant, periret. Sed quid Deus dicit per Prophetam. *ne dicat Eunuchus: ecce ego lignum aridum. quia hæc dicit Dominus Eunuchis: qui custodierint Sabbata mea, & elegerint quæ ego volui, & non uerint fœdus meum: dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen meum a filijs & filiabus: nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit.* Hoc enim dicitur: noli tristari anima, quæ perpetuam colis castitatem, quasi fructus in mundo maneat tanquam arbor arida, & absque villo fructu. Si enim tuæ Castitati custodiam addideris legis meæ, & reliquas virtutes: ego te factam arborem viridem, ad aquarum fluentia plantatam; ferensque fructus dulciores, magis que gloriosos, quam si filiorum multitudinem haberes: nam collocabo te intra domum meam: ubi nunquam tibi iucunda mea societas desit; & intra muros Ecclesiæ meæ militantis ac triumphantis locum dabo eminentiorem, quam coniugatis, qui fructum proferunt multorum filiorum; & nomen, famamque valde gloriosam, quæ non finietur tempore, sicut illa finitur, quæ per matrimonium & proles obtinetur: erit enim nomen æternum, quo in cælo meo semper fruereis.

Hoc genus Continentium (ait Sanctus Hieronymus) videtur sterile, sed re ipsa non sterile, sed valde fecundum est: expugnat enim regnum colorum illudque violenter rapit: hoc festa semper custodit, nunquam intendens ad carnalium nuptiarum opera. Idem eligit quod Deus vult, præstans quam iubeatur. Nam etiam consilia amplectitur. idem custodi-

a Isai. 56. 3.

Deus promittit Castis eminentiorem locum in cælo quam coniugatis.

S. Greg. 3. p. Past. ad monit. 29.

in Isa. 56. & Epist. ad Philemon. Casti cælo violenter rapiunt.

pa ctum

paetum sempiternum; quia non solum ad tempus abstinet, vt orationi se
dedat; sed semper abstinet: quia eidem orationi semper se addicit. Et ita emi-
nentem valde locum in templo, hoc est, in eius Ecclesia, occupat. Hoc intra
muros domus Dei stationem habebit valde celebrem: erit enim quasi tur-
ris fortissima, & gradu Sacerdotali dignum, ad plurimos spirituales filios,
loco carnalium generandos. Hæc (ait Sanctus Augustinus) excellentia illa
est, quam Isaias NOMEN appellat: nam quemadmodum homines, & agno-
scuntur, & distinguuntur suis nominibus; ita continentes distinguuntur
quodam nomine ab alijs, non temporali, sed æterno: quod nunquam perit,
nec est alijs commune, sed ipsorum proprium, cum singulari aliqua eminen-
tia. & quondam hoc erit nomen, nisi (vt ait Sanctus Basilius) nomen quod-
dam Angelicum, quod pro humano recipiet: vocabuntur Angeli in terra, &
filij Dei per excellentiam, sponsæ diuini verbi, electa spiritus sancti templa,
parentes spirituales multorum filiorum, quos diuino suo sponso genera-
bunt. Hæc sunt *bona nomina*, non inania, sed plena sanctitate; quam signi-
ficant: quæ (vt ait Isaias) ipsiusmet *Domini or nominant*, & c scripta sunt (vt
ait S. Ioannes) *in calculo candido castitatis*: vt sic eam remuneret, & honore af-
ficiat ob præclaram eius victoriam.

Non itaque existimet continens: se *signum esse aridum & inutile*: non e-
nim est tale, sed arbor viridis, valde que frugifera. cuius fructus multum su-
perant eos, quos alijs proferunt status. Coniugati (ait Sanctus Hieronymus)
dant fructum *trigesimum*, viduæ *sexagesimum*: duplicatum scilicet, propter
suam continentiam; at virgines dant fructum *centesimum*, qui perfectionis val-
de excellentis est fructus. Quod si dixerimus cum alijs sanctis Patribus: fru-
ctum *sexagesimum* virginibus attribui; centesimum autem martyribus, vt pote e-
minentioribus: respondebit diuinus Ambrosius, laudans Virginitatem non
eo solo nomine, quod in Martyribus inueniatur; sed quod ipsa, inquit, Mar-
tyres faciat. Et Sanctus Hieronymus: Castitatem bene custoditam, ait, suam
propriam habere martyrium ex pœnitentijs & afflictionibus voluntarijs,
quæ carnem cruciant: vt sit spiritui subiecta. Eadem facit etiam Marty-
res martyrio sanguinis: quia multæ Virgines sese offerunt ad sangui-
nem fundendum, vt puritatem & integritatem suam conferuent. &, quod
amplius est, multi illustrissimi Sancti sanguinem proprium fuderunt, vt a-
lienam defenderent castitatem. Neque exiguum est indicium, quanti Deus
illam faciat: quod voluerit, Apostolum & Euangelistam Sanctum Mat-
thæum crudele sustinuisse Martyrium ob defensionem virginitatis. San-
ctæ Iphigeniæ. ô Virginitas gloriosa, quæ tribus summæ gloriæ laure-
olis coronatur: vna, propria ob eius integritatem; & duabus alijs pro-
pter excellentias, quæ illam solent comitari: Docet enim tanquam Magister,

Li. de S. Vir-
gin. c. 25.

Li. de vera
virginitate.
Spiritus
sancti tem-
pla casti sūt.
b Isai. 62. 2.
c Apoc. 2. 17

Continen-
tes fructus
adferunt
præstantif-
simos.

Li. cont. Iou-
d. d. 13. 8
S. Aug. lib.
1. de 99. E-
uan. c. 9. &
S. Hieron. in
Apolog. pro
li. cor. Ioui.
S. Tho. 2. 2.
9. 1. 2. ar. 5.
ad 2.
Amb. li. de
Virginitate.

veritatem filios, quos generat: quam ne amittat, sanguinem suum, tanquam Martyr profundit. Sed quoniam perpetua puritas per se ipsam est summa amplitudinis & gloria: par erit fulius explicare speciales, quibus illa exornatur, excellentias.

CAPUT IV.

SPECIALES STATUS VIRGINITATIS *excellens.*

NOT SVNT, adeoque admirandæ Angelici Virginitatis status excellentiæ, ut insigniores Ecclesiæ tam Latinæ, quam Græcæ Sancti atque Doctores, Cyprianus, Hieronymus, Ambrosius, Augustinus, Basilius, Chrysostomus, & alij miles attentius inuigilauerint in describendis de ea libris quamuis, ut ipse S. Ambrosius dixit, omnes fuerint valde parci in eius laudibus referendis, eò quod multò sint excellentiores, quam humana ratio assequatur. Honori sibi tribuant, dum viuerent, eandem apud vniuersum populum prædicare: ostendentes ex iplo suo quod illi commendabant, ut fideles audientes, & videntes: ad eandem accederentur, & in sponfam accipere delectarentur: & parum sibi esse existimantes, quod essent diuinæ huius vocacionis instrumenta ad eos vocandos, qui tunc viuebant, & aderant; scripserunt etiam libros, quibus idem officium apud absentes præstarent, etiã in sæculis futuris vsque ad finem mundi. Et his igitur fontibus breuem quandam summam deducemus singularium præmiæ huius virtutis amplitudinum: ut, qui eam possident, ex corde gaudeant; & ad eandem conseruandam magis animentur. Ita tamen eius priuilegia referemus, ut non excludamus alia valde similia, quæ Castitatis perpetuæ professionem comitantur, licet non habeant sibi coniunctam Virginitatis integritatem.

PRIMUM: si felicitis virginitatis status antiquitatem aspiciamus, dicit nobis S. Ambrosius, nullum esse hoc statu antiquiorem, & omniũ esse primũ. Nam prius, inquit, est, quod nati sumus, quam quod effecti, electione scilicet nostræ voluntatis: natiuitas enim facit Virgines; electio coniugatos. Ne contemno (inquit S. Hieronymus) nuptias tanquam malas; sed tanquam minus bonas: & eas potius laudo; sed eo nomine, quod mihi Virgines generat: ideoque ex spinis colligo rosas; ex terra aurum; ex conchilia gemmam; & ita ex matrimonio virginitatem.

IN statu innocentie instituit Deus matrimonium: sed prius florebat virginitas, eaque durauit toto tempore felicitis illius status. Adam enim & Eua, teste hoc sancto Doctore, ante peccatum, & quam diu fuerunt in

Li. 2. de Virginitate. in initio

Virginitatis status antiquissimus.

I.

Epi. 31. ad Siricum.

Epi. 22. ad Eustochium de Cust. Vir.

2.

Li. 1. ad aduers. Iovin.

Paradi-

Paradiso, Virgines erant: post peccatum autem, & extra Paradisum vsus coepit matrimonij: nuptiae enim terram, virginitas caelum condidit. Necessarium quidem fuit matrimonium ad humani generis propagationem: & hoc nomine antiqui Patres illud elegerunt, quamvis non defuerint aliqui rari perfectionis, qui Virginitatem amplecterentur.

IN LEGE enim naturae vixit Melchisedech Sacerdos Dei altissimi, quem Abraham fuit veneratus, & S. Ignatius Martyr eum recenset inter professores Virginitatis. Praeterea hic opinio, & aestimatio, quam gentes, ipso lumine naturali ductae de virginibus habuerunt, tanquam de ijs, qui propriam suam naturam vincerent: quibus ipsemet Deus ita fauebat, ut stupenda quaedam per eas ederet, & prophetiae donum illis largiretur, ut apparet in Sibyllis.

EADEM OPINIO & aestimatio Virginitatis fuit in lege scripta, in qua non defuerunt viri illustrissimi, qui eam amplecterentur. Inter quos idem S. Ignatius, & alij Patres numerant Iosue, Eliam, Eliseum, Danielem, & eius tres socios; & quos Scriptura filios Prophetarum appellat, quibus etiam Deus singulariter fauebat, ut ostenderet, placere sibi eorum castitatem. Quis (ait S. Ioannes Damascenus) in antiqua lege caelos clausit & aperuit? quis mortuos suscitauit, quis Iordanem diuisit? quis raptus est in paradysum? nonne Virgo Elia? & successor eius Eliseus, eo quod ipsum in castitate imitabatur, a duplicem eius spiritum accepit. an non tres illi pueri, Castitatis cultores in ardentem fornacem missi, flammam illas per eam vicerunt? & ipse Daniel, an non Virginitate confortatus, leonum dentibus restitit? an non cum Deus voluit se Ithaelius ostendere iussit illos se continere? & cum Sacerdotes in templum se conferrent ad offerenda sacrificia: an non Deus iubebat castos accedere? magni igitur Deus semper fecit castitatem.

Quo autem dicens de lege gratiae? si Moyses, (ait S. Hieronymus) qui legem antiquam significat, uxorem habuit: eius successor Iosue nullam habuit: ut significaretur: post antiquam legem, virginitatem in lege noua pulchros flores edituram. Ex Zacharia & Elisabetha sanctis coniugibus ortus est Baptista, qui fuit semper virgo: nam ex coniugio oritur virginitas, & ex lege Euangelium: ut vnus Propheeta & praecursor virgo baptizaret in Iordane Christum Virginem: qui praecipuus fuit excelsi huius status Institutor in Ecclesiae suae paradiso, magnos fauores exhibens eum suscipientibus, cum priuilegijs valde singularibus. Voluit enim nasci ex matre semper Virgine: ut esset illa Virgo virginum, & omnium earum Dux ac Regina. Et eundem spiritum voluit esse Virginem: suam praecursorum virginem; ac discipulum dilectissimum etiam virginem cui ob eius virginitatis priuilegium, potestatem fecit, in vltima caena recumbendi in sinu suo: cui etiam in cruce, pen-

Adam & Eua virgines fuerunt in paradiso.

3.
Epist. ad Philadel.
In lege natura floruit virginitas.
Vide S. Hieronymum, contra Iovinianum.

4.
In lege scripta floruit virginitas.

Lib. 4. Fide Oritho. c. 25
a 4. Re 2. 15
Danie. 3. 50
Et cap. 6. 22
Exod. 19. 5

Li. bi. contra Iovinianum.

In lege gratia plurima fuerunt Virgines.
Christus ex matre virgine natus est.
S. Hieronymus ibidem Et cap. 56. Isai.

dens matrem suam commendauit: neque enim matrem Virginem alteri, quam discipulo Virgini commendare decebat.

*Apostoli I
multi virgi-
nes fuerunt.*

*Lib. de Vir-
ginit.*

*Lib. 1. de
Virgin.
Patria vir-
ginum ca-
elum est.*

EANDEM castitatem professi sunt Sancti, Andreas, Iacobus maior, & minor, Lucas, & alij scholæ eius discipuli: quamuis etiam elegerit S. Petrum coniugem, vt sic ostenderet se non dampnare matrimonium. Et ob eandem causam in monte Thabor adduxit Moysen & Eliam suæ Transfigurationis testes, in Moysen matrimonium, & in Eliam virginitatem honorans: et tribus tamen discipulis, quos secum in montem tunc ascendere voluit, vnus fuit coniugatus, duo autem virgines. Nam ad excelsum perfectionis montem celerius ascenditur per viam virginitatis, quam coniugij, Et huius transfigurationis aded gloriolæ cupidi, statim puritatem amplectuntur. Et quemadmodum (ait sanctus Basilius) qui perfectè sunt casti, sæpè ad tertium vsque cælum rapiuntur, vt euenit S. Paulo, qui etiam fuit virgo; & antequam Christum agnosceret, honori sibi ducebat ipsam castitatem. Et Elias (ait S. Ambrosius) fuit etiam in curru igneo ad cælum translatus: patria enim virginitatem colentium non terra est, sed paradysus. Hic habet corpus, ibi verò spiritu habitat: inde enim venit Adamus cælestis, qui hoc virgultum in terra plantauit, vt aliqua in ea esset ipsius cæli participatio.

§. I Similitudo eius cum Angelis, cum Deo. & cum Christo.

*Virginitas
efficit simi-
les Angelis.*

*a Mat. 22. 30
Lib. 4. Fide
c. 15.*

*Tract. de
Disciplin. &
Habitu Vir-
ginum.
Lib. de vera
Virgin.*

*Lib. 2. de
summo bono
c. 40.*

EX HI s licet aliam virginitatis, & perpetuæ Castitatis excellentiam deducere: nam manentes adhuc in terra efficit nos Angelis cæli similes, habentes puritatem ex gratia, quam illi habent per naturam; & incipientis ex hac mortali vita excellentiam participare gloriolæ resurrectionis: in qua (vt ipsemet Saluator dixit) non erunt nuptiæ, sed omnes iusti a erunt sicut Angeli Dei in cælo. Aspice igitur distantiam cæli à terra; & Angelorum à mortalibus: & inde agnosces, quantum castitas præstet matrimonio. Nam (vt ait sanctus Ioannes Damascenus) quanto Angelus hominibus superior, tanto virginitas nuptijs honorabilior. Per eam (ait sanctus Cyprianus) virgines incipiunt esse statipi, quod nos futuri sumus postea: habent in hoc sæculo gloriam resurrectionis; transeunt per hunc mundum absque eiusdem mundi contagio: & quamdiu virgines perseuerant, sunt Angelis similes. His addit sanctus Basilius: non esse quoscumque Angelos, sed illustriores: qui mortalium vitam honorant, ac tudentur: quasi dixerit eos esse humani generis honorem, & hominum custodiam ac tutelam. Nam propter ipsos, & in eorum gratiam Deus homines custodit, multaque beneficia eis confert, Sanctus Isidorus plus adhuc

adit

addit: quod virginitas non solum facit homines Angelis similes; sed etiam æquales. Id quod est conforme sententiæ ipsius Saluatoris, dicentis apud S. Lucam: in celo, ubi nuptiæ non sunt, fore homines *bæquales Angelis, & filios Dei. cum sint filii resurrectionis*, translati in aliud esse gloriosum, Et quamuis omnes Iusti sint hic filij Dei: at casti singulariter excellunt: eod quod filio eius unigenito Iesu Christo D. N. magis assimilentur.

Sed amplius adhuc hoc exaggerat sanctus Chrysostomus, dicens: virginitatem facere homines, ipsis Angelis quodammodo superiores. Hi enim (ait) quod non nubant, id fit, quod neque carnem habeant, neque sanguinem; nec habitent in terra tot miserijs referta; nec sint cupiditatibus & sensuum voluptatibus subiecti; nec opus eis sit comedere, & bibere; nec eos possit dulcis sonus, & suavis musica, aut speciosa aliqua pulchritudo emollire: At homo castus, his omnibus subiectus, & Angelis in viribus & fortitudine inferior: studet violentiam sibi inferre, & ipsos Angelos in puritate imitari.

In quo existimas fuisse discrimen Angelorum ab Elia, Elisæo, & magno Baptista habitantibus in desertis absque villa cum hominibus communicatione & familiaritate? minores quidem illi erant ipsis Angelis: eod quod mortale corpus gestaret: sed in eo maiores erant, quod in corpore ad eod mortali ac patibili vitam ducebant; quasi imparabilem ob suæ Virginitatis puritatem. Idem confirmat sanctus Bernardus, dicens: castitatem & perfectionem hominum magis esse admirandam, quam Angelorum: quatenus in fragili carnis vase, tot pugnis ac periculis subiecta præluceat. Sicut mirum non erat, quod *Angelus* in fornace Babylonica cum tribus pueris manens, non combureretur horrendo illo incendio: quia non habebat corpus verum, sed tantum appatens: quod autem tres pueri, veram habentes carnem, non comburerentur illis flammis, magnum erat *Dei* omnipotentis prodigium, ut postea videbimus. Denique communis est Sanctorum Patrum vox, quæ perfectam castitatem virtutem vocant Angelicam: eam enim homo excedit se ipsum; & ita in carne vivit, quasi purus esset spiritus, iuxta Apostoli regulam dicentis: *in carne ambulantes, non secundum carnem militamus*: nullum enim à carne, in qua vivimus, stipendium habemus; nec vitam nostram legibus & placitis carnis, sed spiritus instituimus & gubernamus.

Ex his infert S. Basilus (ut à pluribus rationibus adducendis abstinemus, & omnia simul & breuiter dicamus) virginitatem facere hominem simillimum incorruptibili Deo: eod quod puritas corporis & animæ, quasi duæ alæ illum eleuent, ut divinam similitudinem in se recipiat, ad instar limpidiissimi cuiusdam speculi divinitatis radijs illustrati. Quamobrem dicit Sapiens: *e incorruptio facit esse proximum Deo*. cum enim homo *Deo* coniungitur, efficitur vnus spiritus cum ipso diuino.

Virgines æquales Angelis sunt.
b Luc. 20. 36

Lib. de virginitate. c. 11. 12.
78. & 79.
Superiores
Angeli
et dicit
virginitas
hominibus.

Serm. super id: Hac est generatio quæ venturum Dominum.
c Dan. 3. 49
Perfecta castitas virtus Angel. est.
S. Martial. epist. ad Tolosanos.
S. Hieron. epist. 12. de virginitate.
lib. de virginitate.
S. Aug. lib. de Sanct. virg. c. 13.
2. Cor. 10. 3
Virginitas facit hominem Deo simillimum.

c Sap. 6. 20.

Virgines
proprie sunt
Christi.
f. Apoc 14.1.

Vide Virgas.

Lib. de Dis-
cip. & ha-
bitu Virgin.

Nomen ag-
ni in fronti-
bus portant
virgines.

Tertia parte
Pastoralis.
Admonitio.
29
Virgines se
quuntur
agnum
quocumque
iuerit.
Lib. de San-
cta Virgin.

SED quoniam similitudo cum diuinitate valde ostenditur ex ea, que habetur cum purissima eius humanitate; & is est propior Deo, qui & ipsi Christo: audiamus, quæ S. Ioannes refert ad hoc propositum de ijs, qui colunt virginitatem: f. *Et vidi, inquit, & ecce agnus stabat supra montem Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia, habentes nomen eius, & nomen Patris eius scriptum in frontibus suis. Et audivi vocem de celo, tanquam vocem aquarum multarum, & tanquam vocem tonitru magni; & vocem quam audivi sicut citharadorum citharizantium in citharis suis. Et cantabant quasi canticum novum ante sedem, & ante quatuor animalia, & seniores: & nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti sunt de terra. Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati: Virgines enim sunt. Hi sequuntur agnum quocumque ierit. O felices & beatos qui in ad eod perfectio & selecto numero copantur, profitentes virginitatem, cui Agnus Dei sex illos fauores exhibet qui hic recensentur, Et quamvis S. Ioannes viros tantum nominet: sub eodem tamen numero (vt S. Cyprianus advertit) computantur etiam feminae, quas virginitas reddit Virgines. Felices sunt, eod quod cum ipso agno conscendant præcellsum montem Sion: quia sese erigunt ad heroicæ virtutes imitandas; amplexcentes cum magno feruore perfectionem, quam ipse docuit: & eidem sese coniungentes per contemplationem & amorem. Sunt etiam felices, eod quod in frontibus suis scriptum gestent nomen eisdemagni I E S V, patrisque eius cælestis: protestantes se iam non suos esse sed ipsius Dei, & Christi Domini in ipsis habitantis; honori sibi ducenta quod operibus suæ Castitatis fidem sui Redemptoris profiteantur; & perriantes, quod nomen habeant filiorum Dei, & fratrum Iesu Christi. Sunt item felices, ob suarum vocum sonum, quo tanquam tonitru dæmones, cum quibus pugnant, terrent; Angelos vero cum quibus conuersantur suarum virtutum melodia recreât. Et quoniã ipsorum corpora tanquam citharæ sunt multarum chordarum siccarum extensarum, & consonantium, eod quod continuis suis mortificationibus suavissimam edât harmoniã. Sunt felices, eod quod soli dicere possint canticum illud nouum, & participes esse specialium gaudiorum, quæ virginitatem seruantibus promittuntur. Reliqui Iusti (ait S. Gregorius) canticum illud audire quidem possunt, sed non proferre: charitas enim facit eos gaudere de amplitudine Custorum: ad quam tamẽ peruenire nõ possunt. Sunt etiã felices, eod quod precioso agni sanguine sint redempti: quæ ita illis applicat, vt singulari puritate, & pulchritudine eas abluat; & ex communi hominum gradu feligat ad tantæ amplitudinis participatione. Sũt deniq; felices ex eod quod sequantur agnum quocumq; ille iuerit: nam, cum sint virgines, nulla virtus superest, in qua non possunt illum imitari. Pærgite (inquit sanctus Augustinus) o Virgines constanter vsque ad itinere*

v. l. tri

vestri terminum, vos enim ad nuptias, agni canticum adfertis nouum, quod citharis vestris, hoc est, vestris cordibus, diuinis laudibus dedicatis, cantabitis. Non erit *g. canticum nouum*, quale dixit David, *vt cantes omnis terra*, sed tale, quod soli vos cantare possitis. Pergite sequentes agnum, sed quod perueniturum eum speratis, vt sistat? vbi sunt ingentia gaudia, non sicut huius mundi inania, aut gaudia communia reliquorum Sanctorum in caelo; sed magis singularia & propria Virginum, quae sunt de ipso Christo, in Christo, & cum Christo, post Christum, & pro Christo, & ipsimet Christo. Reliqui Iusti habent sua gaudia de Christo; sed non qualia haec sunt. Sequantur Agnum, non quocumque ierit; sed quod ipsi possunt peruenire: possunt quidem in loco omni eum sequi; non tamen, quando ille cum Virginitatis pulchritudine progreditur. Hæc S. Augustinus; quibus speciale primum explicat, quod *laureolam virginitatis* appellamus. Sed audiamus, quæ S. Athanasius ad eandem confirmanda addit. Si quæ in hoc mundo nubunt, ait, relinquunt patrem, & matrem, suam, & adherent viro suo: quanto felicior est Virgo quæ terrena omnia deserit, & adheret, & coniungitur Deo suo, semperque sequitur eius agrum? O Virginitas! corona quæ nunquam marcescit, templum Dei, Sacerarium Spiritus sancti, gemma pretiosissima, vulgo hominum abscondita, à paucis inuenta, à multis odio habita, à solis dignis optata. O continentia, mortem destruens, possidens verò immortalitatem. Tu es gaudium Prophetarum, gloria Apostolorum, vita Angelorum, & corona Sanctorum. Beatus qui te obtinet, & constanter retinet, modicum enim pro te laborabit, & plurimum in te ipsa gaudebit.

§. II.

Nuptia cum Christo.

EX HAC SANCTI Athanasij similitudine aliam possumus deducere Virginitatis excellentiam, desponsationem scilicet perfectissimam, quam celebrat cum Deo suo: de qua Apostolus: *a desponsi vos vni viro virginem castam exhibere Christo*. Quasi dicat ego fui internuncius, & mediator, vt vestram virginem castam tradatis vni viro, qui est Christus. Quæ virgo propter hanc desponsationem *sequitur agnum quocumque ierit*. Quemadmodum enim vxor tenetur speciali quadam ratione virum suum sequi, quocumque ille ierit; & ad vitam suam simul cum eo ducendam, ita vt non sit inter ipsos loci distinctio, nec habitationis, etiam intimi recessus, ad quem non pateat illi aditus: ita casta & Sancta anima, eò quod Christo sit desponsata, eum sequitur, quocumque ierit, tanquam eius comes indiuiduus, exercens se Sanctis meditationibus; & in eius presentia semper ambulans, in feruenti oratione: quam sponsus in *b suo introducit cellaria*, & in ipsam *c cella-*

Lib. de Sancta Virginitate.

c. 27.

Sequent.

g. Psal. 95. 1.

Singula-

ria sunt

gaudia

virginum

»

»

»

Lib. de Vir-

gin. suo de

Meditat.

» Virgo soli

» Deo nup-

» ta viro

» suo ad-

» heret.

»

»

»

»

Virgo Chri-

sto despon-

satur.

a 2. Cor. 11. 2

b Cant. 1. 4

c Cant. 2. 4

d Ps. 10. 21.
Tract. 1. c. 16

e Cant. 6. 7

Virgines in
domo Dei
reginae sunt.
Psal. 44.

ibi.

f Psal. 44.
10. 15.
Homil. in
eundem
Psalmum.

g Mat. 25.
10.
Virgines
procedunt
obviam
Christo.
h Cant. 6. 1.

lam vinariam preciosorum vinorum, & d abscondit in abscondito faciet sua
quod non accedit strepitus hominum. Quod si dicas: dignitatem sponfarum
communem esse omnibus animabus in gratia Dei existentibus, ut primo
tomo dictum est. Respondebo: in domo diuini Salomonis varios esse con-
liorum ordines, nam e *Sexaginta* (inquit) *sunt Reginae, & octoginta concubinae.*
Adolescentularum non est numerus. Vna tamen est columba mea, & facta mea. Nam
in spiritualibus huius nuptijs varij sunt sponfarum gradus. Locum vnum
illa tenent, quae cum in ipsam castitatem aliquando deliquerint, postea pe-
nitentiam surrexerunt; has sequuntur Coniugatae, & postea viduae: at vir-
gines sunt tanquam Reginae, excellentiores magisque dilectae: eo quod cum
tanta dexteritate se gerere ac gubernare nouerint, ut puritatem in omni
perfectione seruauerint: sequentes Virginum Reginam, Virginem scilicet
sacratissimam, quae per excellentiam est *unica columba*, & omnino perfecta.
Pulcherrime hoc totum proponitur in psalmo 44. in quo agitur de nuptijs
filij Dei cum Ecclesia, cuius titulus est: *Pro iis, qui commutabuntur filius* (in
Canticum pro dilecto: quem tamen titulum Sanctus Hieronymus, sequens
hebraicam lectionem, vertit: *victori pro filijs liliorum* &c. qui, ut supra est
dictum, sunt illi, qui virginitatem profitentur, & colunt, significatam per lib-
in quibus Christus vincit, & ex hominibus Angelos facit. Et in ipsius psal-
mi progressu, cum dixisset: *astitit Regina a dextris tuis*, eamque praclare lau-
dasset, addit: *adducentur Regi Virgines post eam, proxima eius afferentur tibi.*
ferentur in letitia & exultatione, adducentur in templum Regis. Quod ita S. I-
sidorus filius explicat: adducentur ad conspectum caelestis Regis virgines, quae
sunt Reginam sequuntur, & quae proximae, per maiorem scilicet imitatio-
nem ad illam accedunt, coram te comparebant. Omnes cum letitia & ex-
ultatione venient, & in Regis aeterni templum ingredientur; eo quod non
ex necessitate, aut coacte, sed sponte, & magna cum animi voluptate vir-
ginitatem sunt complexae. Ac propterea nunquam discedunt, a praecipua ipsius
Regina, & Christi sponsa, ipsa scilicet Ecclesia, sed in ea sequuntur Reginam
Virginum, quae est sanctissima eius mater, & perueniunt vsque ad laudum
sanctorum: quod non ingrediuntur pedes culpa aliqua maculati. Haec sunt vir-
gines prudentes, quae habentes accensas lampades, & rebus necessarijs ad
conseruandas, bene praeparatae, *gesserunt obviam sponso, & sponsa, & intrant cum*
eis ad nuptias. non quasi domesticae famulae; sed tanquam praecipuae partem
mystici corporis Ecclesiae, quae est sponsa agni, ac propterea & ipsae tan-
quam sponsae cum eo celebrant spirituales suas nuptias cum ingenti letitia
in praemium, quod carnales respuerint. Praclare hoc declarauit ipsa met-
sponsa in libro Canticum, dicens: *h dilectus meus descendit in hortum suum*
aut in arcolam aromatatum, ut pascatur in hortis, & lilia colligat. Ego dilecto meo, &
dilectus

dilectus mihi, qui pascitur inter lilia, & sensus est: descendit maiestas Dei ad visitandum conelulum Ecclesie lux hortum, in quo variae sunt areolae florum fragrantium, diversi scilicet status & gradus Iustorum; ut odore, & sapore sanctatum eorum vitam seleserecree: Sed praecipue afficitur pulchritudine & odore illorum, hoc est virginum, quas sibi ipsi colligit: eum in medium, quo quis decerpit pulchrum aliquem florem ex viridario, ut secum gestet, eiusque odore recreetur. Neque his contentus, more & ingenio cerui (de quo dicitur quod pascatur lilijs, eoque pascu plus quam alio delectetur, & in viscera sua immittit) pascitur & ipse huiusmodi lilijs, quae intimi amoris vnione sibi tanquam suas sponlas coniungit: ex quo prouenit: ut te acerrime sibi dicant: *dilectus meus mihi, & ego illi.* hoc est totus ille meus est, & ego tota illius: ille mecum vnitus est, & ego cum eo: eo quod vterque simus vnus spiritus: & ille vult quod ego volo, quia ego non volo, nisi quod ipse vult: omnes meae res sunt ipsius, sicut etiam res eius sunt meae. Mea est eius omnipotentia, ad defensionem meae puritatis; mea est Sapiencia, ad astutias Sathanae deprehendendas; mea est prudentia, ad meam lampadem ornanda; & meae sunt eius virtutes, quibus ego dicer, & gloriosus obtrineam victorias. o virtus gloriosissima, quis tuos aperiet thesauros, quos in te contines! Continentia (ait S. Cyprianus) est honor corporum, ornamentum morum, sanctitatis sexuum, vinculum pudoris, fons castitatis, pax domus, concordiae caput. Pudicitia sollicita non est, cui placeat, nisi sibi; pudicitia semper verecunda, dum innocentia mater est; pudicitia semper ornatur solo pudore, bene sibi conscia de pulchritudine, si improbis displicet; pudicitia nihil ornamentorum quarrit, decus suam ipsa est.

Haec nos commendat Domino, connectit Christo, haec expugnat omnia de membris illicita desideriorum praelia, pacem nostris corporibus inducit: beata ipsa, & beatos efficiens, apud quoscunque habitare dignatur, & infra: Virginitas, aequat se Angelis, si verò exquiramus, etiam excedit, dum in carne luvictoriam, & contra naturam refert, quam non habent Angeli. Virginitas cetera, quid aliud est, quam futurae vitae gloriosa meditatio? Virginitas neutri sexus est: virginitas est perseverans infantia: virginitas est voluptatum triumphus: virginitas filios non habet, sed quod plus est, filiorum contemptum habet; non habet foecunditatem, sed non habet orbitatem: felix, quod est extra partus dolorem; felicior autem quod est extra funerum filiorum calamitatem. Et infra: Nihil animum si delem sic delectat, quam integra, immaculata pudoris conscientia: Voluptatem vicisse, voluptas est maxima; nec vlla maior est victoria, quam ea quae a cupiditatibus refertur. Qui hostem vicit fortior fuit altero: qui libidinem repressit, se ipso fortior fuit: qui inimicum posttrauit, externum hostem percussit: qui cupiditatem

*in Ecclesia
varij sunt
status iustorum.
Vide Mart.
del. Rio. ibi.*

*Christus a
more intimo
sibi iungit
virginem.*

*Omnia
Dei bona
virginibus
communiana
sunt.
Lib. de discipuli.
Bo. no pudicit.*

*Virginitas
incorruptio
est personae
perpetuae.*



Mala facilius vincuntur quam voluptas. i. Isaia. 61. 10

k Sapi. 8. 2.

Castitas post praelia cum eius hostibus sequitur.

l Mat. 25. 1. Homil. 79. in Matt.

m Luc. 14. 30.

n Luc. 12. 35.

ditatem depressit, hostem domesticum superavit. Malum omne facilius vincitur, quam voluptas: quia illud quicquid est, horridum non est; hoc blandum est. Hæc Sæctus Gyprianus, quæ ob rem antiqua castitati affecta, iure optime catur poterit canticum illud Ecclesiæ primæ: *gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo: quia induit me vestimentis salutis: & induimento laetitiae circumdedit me, quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponfam ornatum monilibus suis.* Non satis sibi esse existimavit, quod se Dei sui sponfam appellaret: sed nouo etiã alio nomine *sponsum* nūcupauit vt nouã aliam desponsationem spiritualem cū ipsamet castitate insinuaret, firmum cum ea pactum in eundem quod eam diligere vellet actueri; eiq; fidelis esse omnibus diebus vitæ suæ. Eam in modum quo dixit Salomon, se constituisse, *et afferere sapientiam sibi sponfam amator factus forma illius* Et in Vitis aliquorū Sanctorum legitur: paruisse ipsis Sapientiam & Castitatē in habitu virginum pulcherrimarum: sese in sponfas offerentium; & ad semper illis conuiuendum & cohabitandum. Vocat autē se *sponsum decoratum corona*: eod quod ad hanc ad eod firmam & iucundam desponsationem non peruenitur, nisi post strenuam cum castitatis hostibus pugnam; & obtentam coronam, quam præmeretur eius victoria. Et quemadmodum sponsum debet sponfam suam in splendidis vestibus preciosissimis monilibus ornare: ita debet castitatem ipsam, quam accipit sponfam ornamentis reliquarum virtutum, & gemmis præclarorum operum exornare. Quamuis enim ipsa per se ad eod sit pulchra & elegans, vt diximus: si tamen nuda sit, nec his ornamentis induatur, non placebit sponso celesti: qui regnum cælorum simile dixit esse decem Virginibus, quarum *l. quædam fuerunt fatuæ*, eod quod lampades suas oleo non exornassent. Et merito (ait S. Chrysostomus) eas appellat *fatuas*, quæ cum grauiores conflictus superissent: in leuioribus succubuerunt; & custodiente, corporis integritatem, per lampadem significatam: eam non exornarunt, oleo charitatis & misericordiae, quæ tempore rationis reddendæ suam agnoscent stultitiam, cum se in tenebris esse videbunt, lampadibus extinctis, & illudentur, sicut is in *quædam pueri turrem perfectionis adificare, quam non consummauit*; & iactis cum magnis expensis ad eod præclaris fundamentis, non erexit super ea muros ædificati. Virgines autem prudentes, suas lampades exornant, & replent oleo Sanctorum operum deuotionis ac misericordiae, quibus ignis charitatis fouetur & alitur: quo Virginitatis lampas mirum in modum resplendet. Nec sunt cõtentæ, quod corpora sint n. *præcincta*, sed gestant quoq; *lucernas ardentes in manibus*, sic ornantes cingulam Castitatis splendore Sanctorum operum, vt ad caelestes nuptias admittantur. Sed quoniam spiritualis hæc desponsatio multo excellentior obtinetur in statu religioso: cum de eo agemus, proponemus ea, quæ ad eius amplitudinem pertinent.



CAPVT V.

VOTVM PERPETVÆ CASTITATIS, EIVS EX-
cellentia, & commoda.

QVAMVIS Virginitatis, & Continentiæ tot sint excellentiæ ac præro-
gatiuæ, vt hætenus dictum est: eadem tamen multò amplius extol-
luntur, si voto confirmentur, quo quis se obstringit Deo D. N. ad
perpetuò illam conseruandam, quisque in suo gradu. Nam (vt S. Augusti-
nus aduertit) votum potest addi & comitari lex Castitatis gradus in primo
capite indicatos. Splendens autem vehementer in Euangelica lege, postquam
verbum diuinum exiens ex sinu Patris, a *descendit sicut pluuia in vellus*, viscera
penetrans Sanctissimæ matris suæ in conceptione & natiuitate, absque vl-
la integritatis ac puritatis Virginalis læsione, eum in modum, quo
brosè e celo descendens receptus est *in solo vellere Gedeonis quo expresso absque*
vlla eius læsione, *concha fuit rore impleta*. Sed magnum est mysterium, quòd
illud vellus non dicatur fuisse ouis aut agni carni coniunctum, sed ab ea ex-
tractum: tale enim erat illud Gedeonis, ad significandam supremam Virgi-
nitatis excellentiam. Castitas enim absque voto, est sicut vellus carni ad-
hærens, à qua pati potest mutationes & varietates; sui que iacturam etiam
absque peccato, seruendo operibus carnis in matrimonio: at Virginitas &
castitas cum voto perpetuo, est tanquam vellus à carne separatum absque
vlla spe iterum se eidem coniungendi. Votum enim inhabilem illam facit,
ne carnis operibus amplius seruiat: quasi esset Angelus sine carne viuens:
Huic simile vellus fuit Virgo Sacratissima Domina nostra: quæ non fuit
contenta proposito perpetuæ Virginitatis conseruandæ, sed votum adiecit
expressum eam perpetuò seruandi: quia Dominus noster gloriosa adeo prom-
issione illam præparabat ac disponebat, vt digna esset eius mater. Nec diu
distulit, eam promissionem facere, nam statim atque diuinum hoc vellus
separari cepit à carne, & sanguine, deserens paternam domum, & cognato-
rum Societatem, cum ætatis esset trium annorum, & in Dei templo præsen-
tata: statim constituit hanc secessionem suam non fore sicut aliarum virgi-
num, quæ ad aliquot tantum dies ibi manentes, postea nubebant: sed ipsa,
spiritu sancto illustrata, votum edidit, nunquam virum cognoscendi, suam-
que perpetuam virginitatem eidem consecrauit, accipiens eum in vnicum
& perpetuum suum sponsum. Et quamuis Dominus noster iustissimis ex-
causis iusserit, eam nubere S. Iosepho: erat tamen (vt S. Aug. & S. Greg. Nil-
senus dicunt) certa, ex eiusdem Dei reuelatione, quòd ille sponsus adiuturus
illam esset votum suum seruare; in quo permansit semper cum summa fir-
mitate,

In Psa. 75.

a Psa. 71. 6.
& Ecclesia
ait: sicut
pluuia in
vellus de-
scendisti.
b Iudicum
6. 37.

Votum fa-
cit in habi-
lem ad ope-
ra carnis.

I.

Vide Sum-
rez. tom. 2.
Disput. 6. in
1. P. S. Tho.
3. P. 2. 28. n.
4.

Lib. de S.
virgin. c. 4.
Homil. de
Natiuit.

e Luca i. 34.
vide Bellar.
mi som. 1.
lib. de Mon.
c. 21. Suo.
rex supra
Lib. de San.
Virgim.
Serm. 4. su-
per Mississ
est, & in il-
lud. signum
magnum.

2.

d. Matt. 19.
12. vide
Bellar. c. 24

Impotens est
qui voto se
obstrinxit.

Christus in
omnibus
virtutibus
legit opti-
mum.

3.

Voto casti-
tatis fuerit
obstritum A-
postoli.
c. 1. Tim. 5.
19.
Cartagin 4
c. 10. 4.
Vide Bellar.

mitate, vt omnes Patres deducunt ex ipsius virginis sanctissima responsione quod dedit Gabrieli Archangelo dicenti sibi, quod esset conceptus a filio Dei. Dixit enim: *e quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco.* quia scilicet obstricta sum, cum non cognoscere; nec mihi licet vel agere ea via mater fiam. Et (vt S. Augustinus perpendit) disposuit Dominus noster, vt virgo sanctissima virginitatem suam prius Deo consecraret, quam sciret, quomodo esset conceptura. Nam nasciturus de matre Virgine, voluit potius sanctam Virginitatem oblatam approbare, quam eam imperare. Vt sponte potius ac libere semper assumeretur, quam ex aliqua necessitate. Et etiam, vt hinc appareret (quod S. Bernardus ait) insignis opinio amorque Virginis sanctissimae ad ipsam Virginitatem: quae, etiam promissione adeo excellenti subproposita, quod esset mater Dei futura, indicium dedit excusationis, propter promissionem, quam se obstrinxerat, non cognoscendi virum.

AD HÆC ipsemet Christus, omnis perfectionis Magister, non solum castitatem consuluit, sed etiam seruandæ votum: quod Sancti Patres deducunt ex illa parabola, in qua dixit: *quemadmodum d. aliqui sunt Enimchi, hoc est impotentes ad matrimonium, & filiorum generationem, vt quod de matris utero sic nascuntur; vel quod in eandem injuriâ vel operâ hominum inciderint: ita esse alios, qui se ipsos castrauerunt, & impotentes reddiderunt propter regnum caelorum.* Non enim impotens appellatur, qui sponte ac libere non vult matrimonium inire; sed qui voto se obstrinxit, quo se impotentem reddidit, ad illud ineundum sine peccato. Ex quo licet colligere quemadmodum Christus D. N. in rebus omnibus exemplo suo præcellit: ita cum Virginitatem consuluit, & custodiuit esse verisimile, & credendum ipsum etiam se voto obstrinxisse, siquidem illud consuluit. nam in omnibus virtutibus elegit optimum, & excellentissimo modo, quo exerceri illa possent. Cum igitur Virginitas voto consecrata, sit excellentissima: cur suam non consecraret? Quamuis enim ipse, vt potest Dei filius, & beatus non opus haberet, se ipsum votis ligare, vt in suis virtutibus firmus esset & constans: nobis tamen opus erat eius exemplo, quod imitaremur, ad nos ipsos obstruendos, vt postea videbimus.

3. *Minimum* autem est certum: Apostolos (in quibus lex Evangelica erat in omni perfectione expressa) voto se hoc obstrinxisse; reliquosque fideles idem docuisse, & contuluisse: cum constet. Apostolum reprobatisse quosdam e *uiduas volentes nubere*: quas dicebat *habere damnationem, quia primam fidem, quam Christo D. N. dederant, voto quo se ad continentiam seruandam obstrinxerant, irritam facerent*, ita enim multa concilia, & Sancti patres locum illum interpretantur. Ex historijs etiam Ecclesiasticis constat S. Mathæum Apostolum persuasisse S. Iphigeniæ, vt se hoc voto virginis obstrin-

obstrin-

obstringeret; & S. Paulum, Teclæ; S. Martiale, S. Valeriæ; S. Clementem Flavia; & S. Dionysium Ariopagita ait, professores vitæ monasticæ consuevit se promittere renunciationem vitæ diuise, qualis est coniugum. Et eodem spiritu sancti Ecclesiæ Doctores Basilius, Ambrosius & Augustinus, hoc votum tanto cum fructu prædicabant ac persuadebant: vt innumera personæ in se obstringerent. quemadmodum etiam in hoc sæculo sunt innumera, quæ trita antiquorum vestigia tenent, & sequuntur.

§. I.

SEd quis non plurimum delectetur hac oblatione cum voto facienda, si sperpendat quanti referat esse cum Deo liberalem, qui dona sua & fauores eâ mensurâ metiri solet, quâ nos metimur nostra seruitia, ita vt se valde liberalem erga liberales ostendat: non item erga parcos. quis autem dubitet, eum esse liberalem erga Deum, qui aliquod ei obsequium ex voto præstat, quam qui idem facit absque voto? nam cum voto (ait S. Anselmus) non solum arboris fructum Deo offers; sed ipsammet arborem, ex qua fructus ille provenit: tradis enim Deo libertatem tuam, quæ res est omnium, quas possides, preciosissima: & eius amore renuncias iuri, quod habebas ad contrahendum matrimonium, & faciendum absque vlla culpa, quod alias Deus tibi non prohibuerat. Ecclesia antiqua Deo Domino nostro dicebat: *Omnia poma noua & vetera, dilecte mi, seruaui tibi*. At recens Ecclesia non solum poma, sed ipsas quoque pomos, antiquas & nouas, earumque fructus offert: promittit enim multa legis naturalis propria; & alia propria legis gratia: quædam quæ sunt de præcepto, quædam de solo consilio; & in ijs, quæ sunt de præcepto addit etiam votum ad eod generoso & liberali animo: vt, quamuis illud præceptum non fuisset, voto nihilominus idẽ obtulisset, vt magis ipsi Domino placeret: quale esset, si quis voto se obstringeret, sacrũ Militiæ in diebus festis audiendi; aut non furandi, non adulterandi, etiã si de huiusmodi, præceptum nullũ esset: sic enim fieri debet præcellens Castitatis votum: in quo Deo D. N. offertur continetia præcepti naturalis, vt abstinetur ab illicitis voluptatibus; & continetia Evangelici consilij, vt etiam licitis renunciatur: quia tunc datur Deo etiam auctor liberij arbitrij, ex qua fructus huiusmodi proueniunt. Et hac ratione ostedit creatura summũ liberalitatis gradũ, quẽ erga suum creatorem ostendere potest; dũ scilicet in re ad eod grauac difficili multo plus præstat, quam ille iubeat. Rustici & tributarij (ait S. Dorotheus) reddunt suis Dominis tributa & vectigalia, quæ illis ex Iustitia debent: quæ nisi reddant, conijciuntur in custodiam; ac iure puniuntur: ingenui tamen ac nobiles principibus suis dona & munera magni precij offerunt nomine tantum gratitudinis, & vt fidelitatem & amorem suum erga illos hac ratione profiteantur. Hunc in mō-

e. 24 & 27.
De Eccles.
Hier. c. 6.

4.
Deus erga
liberales li-
beralis est.

Lib. 1. de Si-
militud. c.
84.

a Rant. 7. 13

Tract. 1. c. 3.

Maximus
gradus libe-
ralitatis ho-
minis est
Deo in con-
silio votum
reddere.
Sermo. 2.

dum

Non seruās
præcepta pu-
nietur gra-
uissime.

b Ps. 75. 12.

c Ps. 131. 2.

d 2. Re. 7. 12

5.
Votum con-
stanti red-
dit in casti-
tate.

2. 2. 9. 2. 4.
4. ad 1.

Tract. 1. c. 9.

Voto Deo
facto desse
magna est
in urbani-
tate.

c Ps. 75. 13.

Votum red-
dit id quod
est liberum
necessariū.

dum vulgares ac tepidi Christiani satis sibi esse putant, si Deo reddant Præceptorum tributa: nisi enim ea seruent, seuerissime punientur: feruientes autem, & qui animos gerunt nobiliores, vota offerunt & promissa in multis rebus heroicis, ad quas præcepto noscunt tenebantur; sed liberales se ostendunt Creatori suo in gratiarum actionem ob accepta ab eius manu beneficia; & in recognitionem fidelitatis, & amoris erga ipsam. Et sic spiritu dicebat Dauid: *b vouete & reddite Domino Deo vestro omnes, qui in circuitu eius offerunt munera: quasi dixerit: donis & muneribus, quæ sponte Deo offertis, adiungite etiam vota, ut pluris ab eo fiant; eod quod simul cum munere cor vestrum offeretis, & libertatem, quam simul traditis. Cum enim Deus sit liberalissimus in remunerando, quod sibi offertur: copiosius oblationem illam remunerabit, cui votum adiungitur. Quemadmodum remunerauit votum ipsius Dauidis, quo iurauit Domino, & votum vouit Deo Iacob: se non sumpturū requiem, donec inueniret locum Domino, & tabernaculum erigeret Deo Iacob. illud, inquam, votum remunerauit Deus excellentissima quadam promissione, ingentium bonorum ipsi & eius successoribus; & venturi ex eius semine ac domo Messia, qui d regnaturus esset in eius domo in æternum.*

MAGNUM etiam aliud bonum nobis accedit ex voto, castitatis, firmitatis scilicet, & Constantia in ea seruanda: ex quo stabilitas oritur eius, quem proprie statum Virginitatis aut Continentiæ vocamus. Cum enim voluntas nostra naturā suā sit instabilis in suis decretis & propositis: non est medium aptius ad eam mutabilitatem stabiliendam, ne retrocedat: quàm si voto adligetur, quod teste S. Thoma magnam adfert decretis firmitatem: nam hoc modo, ait, nos imitari constantiam beatorum in cælo. Nam, ut supra inuenuimus, reuerentia debita infinitæ Dei maiestati, cui votum & promissum fit, inuitat, imò obligat, ut ne promissioni nostræ desimus. Si enim est ingens inciuilitas, non stare verbis & promissis factis Regibus & principibus ac propterea diligentissimè curant homines, exactè & ad nutum ea explere, quæ illis promiserunt: quanto maior censenda erit inurbanitas, si qui promissioni ac voto desit, quod Regi cælesti obtulit, in cuius manibus spiritus & vita est posita omnium Principum terræ. Ac propterea Propheta ille Rex dixit: qui e vouetis, Domino reddite: est enim terribilis, & auferit spiritum Principum: & est terribilis apud Reges terræ. id volens significare: eum, cui vota fiunt, talem esse, ut qui vouent, etiam si Principes sint aut Reges, nisi steterint promissis, ostendat se eis terribilem, & auferat spiritum, & vitæ gratiæ; & fortè etiam corporum.

ALIA quoque ratio firmitatis & stabilitatis voti est, quod vouens conuertat id, quod liberum ac voluntarium illi erat, in debitum & necessarium: obligat enim se vouens, ad id præstandum sub ea pœna, ut à Dei amicitia, &

iure ad Cælum perveniendi excidat; incurrat verò in æternas inferni pœnas: nisi promissum reddiderit. Ne autem in huiusmodi damna incidat: excitulat se ad firmitatem, & stabilitatem in reddendo quod promissit. quare conijciat se in his angustias, ut constantior sit: copiosior Deus præbet gratiam: se sua firmitati deest. Ne doleas (ait S. Augustinus) quod voto te obstrinxeris, sed gaude potius: quod non liceat tibi nunc facere, quod antea cum tuo damno faciebas: potius te ipsum excita ad standum promissis: Deus enim, qui tuum votum acceptavit, iuverit, ut explete possis, Felix necessitas, quæ meliorem affert exitum.

HINC etiam alia excellentia oritur magis propria voti Virginitatis, & Castitatis: quòd scilicet spirituale cum Christo connubium perficiat ac stabiliat. Quomodò enim in carnali coniugio necessaria est aliqua promissio & obligatio, cui illud innitatur. ita perfecta spiritualis cum Christo desponsatio nõ sit solo proposito Castitatis, quòd potest sine peccato mutari; sed opus est voto, quòd obligationem imponit fidelitatis servandæ diuino, sponso. Ac propterea Castitatis votum est de essentia status religiosi: quòd talis desponsatio sit multò perfectior. Et hoc ipsam novam adfert firmitatem ne fidelitas celesti sponso debita, laedatur. Sicut sponsa, aut uxor maiorem habet in castitate firmitatem ob specialem obligationem, qua tenetur esse fidelis suo sponso & viro, etiam absenti.

ACCEDIT, quòd votum etiam addit firmitatem ex ea parte, quòd lascivus, & impudicus magis cauent tentare, & sollicitare eas virgines, quæ suam Castitatem Deo consecraverunt: timentes, ut merito debent, ne Deus iram suam in eos ostendat, sicut homines solent contra eos qui ipsorum uxores aggredi audent. Hoc præclare perpendit S. Ambrosius contra quendam, qui ausus fuerat tale delictum committere cum quadam Virgine, quæ vocabatur Susanna. Quid (inquit) dicam de te, filio serpentis, ministro Diaboli, templi Dei violatore; qui in vno delicto duo atrocissima coniunxisti, adulterium & sacrilegium, dum temere corpus prophanasti Christo oblatum, & consecratum: Cæce (ait S. Hieronymus) ne f. Phinees arrepto pugione perfo- diat te fornicantem cum Machabæa? Attende: peccatum tuum fædus esse peccato g. Amon, qui oppressit Thamar sororem suam Virginem: virgo enim cõlectata plus est quam soror. Contra te clamat sanguis h. Nabab, & vinea le- xael, quæ cum lata esset Dei semente. tu eam in turpium voluptatum tua- rum hortum convertisti. Aduersus te mittetur alter Elias, qui cruciatus & mortem tibi minetur, nisi tempestinè surgas à tuo peccato per pœnitentiam, Memento, (ait alibi S. Ambrosius) quid magnus Baptista dixerit Hero- di: i. non licet tibi habere uxorem fratris tui viuentis: quamvis quòd libere hoc peccatum reprehendisset, martyrio fuerit affectus. quanto igitur æquius

23

23

Epist. 45.
ad Arimen-
tarium.

23

6.

Votum vir-
ginitatis
perficit con-
nubium
cũ Christo.Status reli-
giosi essen-
tiale est vo-
tum Casti-
tatis.

7.

Lascivus mi-
nus tentans
post votum.
Lib. de ob-
iurgat one
contra Su-
sanna lap-
am c. 9. ab
aliquibus
tribuitur S.
Hieronymo
Ep. contra
Savinianũ
Dracon.
1 Num. 2. 8
g 2. Ro. 17. 14
o 3. Reg. 21.
Lib. de Virg.
ad sororem.
1 Mar. 6. 8.

est, temeritate reprehendere eorum, qui suas Christo sponsas rapunt: cum sit ipse frater natus maior, viuens & aternus. Gratias, inquit, diuinitati, quod hic nullus sit Herodes: utinam nulla Herodias. Tantis enim est zelis emulsi voti seruandi, ut virgines paratae sint martyrium potius subire, quam suae integritatis iacturam facere; & viri, mori potius eligant, quam in Regem suum Dominum peccare: dicentes cum castissimo Ioseph, *k quomodo possim multum facere & peccare contra Christum Dominum meum, vel tangens te eius sponsam*

§. II.

EX his deducere licet vltimam rationem, eo quod plurimi Sancti dicunt exaggerantes peccatum, votum hoc violantium: appellant enim illud turpissimum sacrilegium, adulterium iustissimum, valde abominandum contra Deum infidelitatem. Quamobrem dixit Apostolus a viduas post votum castitatis nubere volentes, habere damnationem. Respondit autem Sanctus Isidorus: non dixisse Apostolum, viduas quae nubunt; sed quae volunt nubere: nam aliqua id non facient, siue quod cogatur, re ipsa non facere; siue ex pudore abstineant: quae tamen, si vel corde desiderent, damnationem ipsam promerentur. Quanto igitur magis (ait S. Epiphanius) hanc poenam promerentur virgines, hoc votum violantes postquam ipsum Christum in sponsum acceperunt? Mulieri, (ait S. Basiliius) si nupsit, non permittitur, primo marito superstiti, virum alium accipere. Cum igitur Christus Virginum sponsum nunquam moriatur: nunquam eis licebit sponsum alium, absque grauissimo adulterij crimine, accipere. Quod si tantum est crimen thalamum violare viri terreni; quantum delebitur grauius violare thalamum regis caelestis? Vxor (ait S. Chrysostomus) non habet potestatem sui corporis, sed vir; & qui voto se Christo consecrauit, non habet potestatem sui corporis, sed Christus: cui facit iniuriam si alteri alicui illud tradat. Lapsus (ait S. Aug.) castitatis excelsioris peiora sunt adulterij. Si enim Christo iniuriam facit quaecumque vxor proprio viro suo fidelis non est: quanto maior censenda est iniuria eiusdem Christi; quod quae ipsius est sponsa, fidelitatem ipsi non seruet? Et cum viri aded zelent honestatem vxorum, & infideles sibi iniquissime puniant quomodo celabit Deus sponzarum suarum castitatem, punietque lapsum sibi infidelium, ut hac ratione reliquas frenet, & cautiorem faciat: cum in modum ait idem Sanctus, quo vxor Luthi, cum Deus illam ex Sodomis eduxisset, & ex illis incendijs eruisset, in ipso itinere *respiciens post se, versa est in stultitiam salis*: ut stulti & inconstantes hoc exemplo saliantur, & cautiorem fiant, ut discant in bono capto perseverare: Ita, inquam, is, quem Dominus nostro per votum castitatis ab incendijs & luxuriae flammis eripuit, si respicit post se, & votum suum transgreditur: timere potest, ne simili poena afficiatur, ut

8.

Violare votum est sacrilegium.

a 1. Tim. 5. 12.

Lib. 2. de officiis Eccles. c. 18.

S. Aug. lib. de bono viduae c. 9.

Haresi 6.

De vera

Virg. & Epi.

185. ad Virgine lapsam.

Epist. 6. ad

Theodor.

lapsam.

De bono viduae c. 12.

in Pl. 75. &

in Titul.

Psal. 83.

S. Greg. 3.

par Passo.

Admon. 28.

b Gen. 19.

26.

Deus inest.

stultus

post facta

vota puniat.

magical

maneat exemplar in cautelam aliorum. Et quemadmodum vxor Loth perijt, non quòd illi vel vnum gressum versus Sodomam reuertisset; sed solùm quòd respexit illam: ita virgo existimare debet: contra hoc votum non solum peccari oportet ipso, quòd per gressus significatur, sed etiam ipso aspectu & consensu volutis. *Memores estote* ait Saluator noster *vxoris Loth* quæ nūquam primam suam formam recepit; & exemplum accipite in alieno capite: ne æternum pereatis, instar agri d'sale asperso sati, qui semper manet sterilis & inutilis. Si e *Ananias & Saphira* (ait S. Fulgentius) infelici morte perierunt, ed quòd *partem precis*, quo agrum vendiderant, quem iam Deo per votū paupertatis obrulerant, ex quadam cupiditate retinuerunt: quæ pœna non erit dignus, qui subtrahit Deo hæreditatem & margaritam Castitatis, prius ipsi oblatam: Has omnes sententias adducendas existimauit: vt clauorum instar firmius figant votum Castitatis, nec sit qui audeat refigere.

SED obncere quispiam possit: si adeo graue peccatū est, votū transgredi: ex pedit, illud nō facere: ne vouens, tali periculo exponatur; & intuitu gratiam augēdi ampliori merito, ed deuenire, vt gratiā excidat lapsu turpiori. Cui obiectioni valde apte respondet S. Ambrosius: *Si id ita est, nullus sit miles, nullus ad pugnam exeat: ne forte aliquando vincatur; nullus pedibus utatur ad ambulandum: quia periculum est impingendi, neque aperiat oculos ad videndum, ob periculum labendi in concupiscentiam: propter aspectum: quæ cum non sint prætermittenda, sed prudenter & attentè præstanda: ita non sunt omittenda vota, quæ Deo aliàs placent, & in quibus non est aliàs morale periculum, si prudenter fiant: ed quòd Deus auxilium præstet ad illa seruanda. Ne pigeat (ait Sanctus Augustinus) vota edere: quia non vestris viribus ea explebitis. Deficietis si vobis ipsis fidatis; si autem Deo, cui votum offertis: edite illud, & tutò incipite quòd vouistis implere: nam qui te hortatur, vt voueas, ipse adiuvat, vt reddas. Ideoque certius est ex voto lucrum, quam iactura: quòd si quis timor est iacturæ: is ipse magis lucrum promouet: humilis enim timor iustum reddit securiorem, vt voti sui compos euadat.*

Denique vt Castitatis votum optatam habeat firmitatem, & certi lucri securitatem: plurimum reſert conditiones illas adhibere, quæ capite nono primi Tractatus positæ fuerunt: quæ exactius in hoc voto sunt adhibendæ propter eius perpetuitatem ac difficultatem; & graues pugnas, quibus impetitur: quare diligenter curandum est, ne absque magna consideratione & consultatione edatur: sed diligenter regula illa nostri Saluatoris seruetur, qua dixit: *f qui vult turrim adificare, prius sedens computat sumptus, qui necessarij sunt ad eam perficiendam; & qui comittere vult bellum aduersus hostem potentem, sedens prius cogitat, an sufficientem habet exercitum, vt ei*

c *Luc. 17. 32.*
S. Hierony.
in *Matth. 10.*
d *Iud. 9. 45.*
Epist. 1.
c *Actuum. 5.*
1. 10.

9.

Lib. de *Vi-*
dus *prope*
finem.

Deus *emit-*
tentes *vota*
adiuvat.

in *Psal. 75.*

99

in *Psal. 131.*

99

99

99

10.

Considera-
tio *ante vo-*
ta *perdili-*
gens *sit.*

f *Luc. 14. 28*

In Mat. 19.

Experien-
tiam sua-
rum utrum
quis habeat.Trident.
Sess. 25. c. 15.
Sexdecim
anni voto
faciendo
sufficiunt.
Lib. 2. de
virginit.
S. Aug. de
S. Virg. c. 16.
S. Hiero E
pist ad Eu
stoch de
VirginitateVocatio Dei
in statu eli-
gendo ne-
cessaria
ad Mat. 19. 11.

occurrat, & resistat. Alioquin melius est Castitatem non vouere, quam po-
votum, illam non seruare; & in prælio contra eam insurgente succumbere.
Et ideo S. Hieronymus dixit, vnusquisque consideret vires suas, vt cum po-
sit Virginitatem implere præcepta, vota scilicet Virginitatis, antequam illa
dat, siquidem ad ea edenda non obligatur. Ne autem deceptio aliqua in
considerationi inferatur, aptum consilium est, experientiæ in aliquam præ-
habere facultatis, quam quis habet ad votum in sæculo manens seruandum.
Quare ordinariè loquendo tutius est, primum facere votum ad certum
quot tempus, ad annum v. g. vt ex eo experientia sumatur ad votum perpe-
tuum edendum. Plurimum etiam refert, vt vouens ad eam ætatem perue-
nerit, vt intelligere possit, quantum sit onus, quod sibi per votum imponit.
Cum autem Ecclesia ad religiosam professionem edendam constituat se-
decim annos: hæc ætas pro quocumque castitatis voto edendo sufficit.
Plurimum enim refert ab ipsa iuuentute firmiter illam amplecti, modo ad
adhibere conditiones discretionis, & maturitatis. Nam (vt S. Ambrosius ait)
non est rejicienda ætas iuuenilis; sed animus & propositum est examinandum.
Sancta enim Tecla non ex senectute, sed ex virtute fuit approbata.
omnis ætas Deo apta, est Christo perfecta. Ne miretis, quod iuuenes pro-
teantur. Castitatem: cum etiam subeant martyrium. an dubitare licet, puer
ætatem posse seruare continentiam; quæ confiteri potest Fidem, etiam in
effusione sanguinis? Denique ad votum castitatis edendum, maximè at-
tenda est vocatio Dei, à qua præcipue oritur virtus & facultas ad eam
uandam. Vt proximo capite apparebit.

CAPVT VI.

AD BENE ELIGENDVM STATVM CONTINEN-
tia, eamque seruandam, necessariam esse Dei vocationem: eamque sufficientem
auxilia & media omnibus prestare.

PERPETVÆ Castitatis excellentiæ, & grauissimæ eius pugne latis pe-
tuadent; neminem proprijs viribus eligere posse, sicut oportet, excelsæ
adeo ac difficilem statum; neque Continentiam promittere, nec per-
missam seruare: nisi à Sancta Dei vocatione & inspiratione præueniantur
& adiuuentur. Quod satis expresse insinuauit Saluator noster suis Apolloni
dicentibus: nisi liceret libellum repudij vxori dare, expedire non nuberet.
respondit enim: non omnes capiunt verbum istud sed quibus datum est. In quibus
verbis non voluit supremus noster Magister) vt Hæretici carnaliter
suam carnalitatem excusandam fingunt, affirmare, continentiam esse donum
Dei, Sicut est Prophetia, & donum linguarum, & alia gratiæ gratis data
quæ non à libertate nostra, sed à sola libertate Dei, illas, cui voluerit, & non
deper-

dependet: nam Castitas, à libero nostro arbitrio dependet; & in libertate nostra elpositum, eius statum amplecti, aut non accipere: sed illud est verum: quod non à solo arbitrio nostro, sed præcipue à vocatione & inspiratione spiritus sancti, dependeat: qui est paranymphus, & mediator animarum, quæ accedunt, turæ sunt: Christum in sponsum. Nam quæadmodum ad viros spectat, vxores eligere, quas in sponsis accipiant: ipsi tamen etiam consentientibus, ac desponsationem acceptantibus: ita Dei proprium est, virginitatem, & perpetuam castitatem inspirare; & animas eligere, quæ illam seruent, ut ipsius sint sponsæ: ipsi tamen tali inspirationi consentientibus: nã absque libero illarum consensu, non perficiuntur hæ nuptiæ; nec vlla infertur vis, nec obligatio imponitur eum statum eligendi. Ac propterea addidit ipse Saluator: *qui potest capere, capiat*: quasi dixerit: vnusquisque potest libere hunc statum capere, aut non capere. Qui autem Dei inspirationem & motionem in se sentit; & suauem impullum, & facultates ad illum amplectendum: merito illum acceptabit.

Ad cuius maiorem explicationem est aduertendum: duplicem esse modum vocationis ad statum perpetuæ continentiæ. *Primus* est generalis, quo Dominus noster tanquam ad rem maioris perfectionis exhortatur; & auxilia sufficientia ad eam custodiendam offert: cum in modum, quo sanctus Apostolus dixit *de Virginitatibus*, siue de Castitate *preceptum Domini non habeo: consilium autem do*, qui modus vocationis omnibus Christianis est communis; & omnes possunt eam acceptare. & Apostolicum sequi consilium: de quo S. Ambrosius Virgines alloquens dixit: quis poterit melius vobis dare consilium, quam ipsum vas electionis? & quem sponsum excellentiorem eligere potestis? quibus licet sponsum eligere: non licet Deum præferre: Præter hanc vocationem est alia magis particularis, inclinans, & interius impellens voluntatem cum magna suauitate & efficacia ad Castitatis statum matrimonio relicto eligendum: sed hæc non omnibus conceditur: sed ijs, quos Dominus noster suprema sua prouidentia ad id præelegit: ipsi enim competit, inclinationes & propensiones distribuere ad omnes Ecclesiæ status, ita ut non desint, qui illos eligant, & amplectantur. Et de hac vocatione loquutus est Apostolus, cum dixit: *volo & opto, omnes vos esse continentibus sicut me ipsum: sed vnusquisque proprium donum habet ex Deo alius quidem sic, alius vero sic*: hoc est vnus speciali vocatione amplectitur statum continentis, & alius matrimonij: & hanc vocationem ipse appellat proprium donum ex Deo.

S. I.

ERIT AVTEM opere precium, admirandos modos & vias explicare, quibus Deus D. N. specialem huiusmodi vocationem dirigit: vehementer

L 3

tribuens

Castitas à libero hominis arbitrio dependet.

Nulla est obligatio ad castitatis statum eligendum.

Communis modus vocationis.
1. Cor. 7. 25.
In Exhort. ad Virginitatem.
Lib. 3. de Virginitate.

Particularis modus vocationis.

1. Cor. 7. 7

tribuens impulsus ac desideria huius status; illustrans diuina sua face in lectum ad virginitatis & Castitatis excellentiæ agnoscendas; & ad magnum eius affectum concipiendum; onera verò, & molestias matrimonij horrorem ex eo sentiendum.

1.
Aliquos Deus vocat per seipsum.

2.
Aliquos per conciones.

3.
Alios per preces Angelorum.

4.
d Psal. 14.
15.
Aliquos vocat per media humana.

ALIQUANDO id facit Dominus noster per se ipsum solam absque medio: sicut beatissimæ Virgini inspirauit votum virginitatis; nec cessat quotidie idem facere cum ijs, qui se dedunt orationi, & lectioni piorum fratrum, & alijs pijs exercitijs: in quibus huiusmodi inspirationes sunt frequentiores. Aliquando adhibet medium concionum, exhortationum, & sermonum per concionatores & Magistros spirituales, qui Castitatem persudant, sicut retulimus supra, aliquos Apostolos, ac Doctores eam aliquibus sanctis persuasisse. Aliquando etiam prodigiosis aliquibus vitur medijs instantiam, & preces Angelorum Custodum, qui multò libentius statum hunc inspirant, ob maiorem similitudinem, quam habet cum suo. In qua admirabilem se præbuit Prouidentia diuina erga Sanctam Cæciliam, cuius que sponsum Valerianum, & affinem Tiburtium. Eius enim Virginis rationes aded fuerunt ex Dei virtute efficaces; vt suum sponsum diuitem, & libentem, & iuuenem ita vincerent ac subicerent: vt ferocia eius sensualitatis impetus reprimeretur; amplecteretur verò ipsam castitatem: descendens de caelo Angelo cum duobus fectis ex lilijs & stribus paradisi confectis quorum odore valde ambo recreabantur & ad suam Castitatem seruandam excitabantur. Et iucundissimus ac prodigiosus eorum odor permouit Tiburtium ad eos ipsos imitandos. Suauissima quoque virtutis huius fragrantia, quæ præluet in ijs personis, quæ illam excellenter colunt: multos adtrahit; vt eam amplectantur. Propterea enim David dixit: *d adducentur virgines* lequentes ipsam Reginam. Interdum etiam eandem vocationem proponit per media magis humana, vt scilicet eligat aliquis statum continentis potius ex necessitate; quam voluntate; sed ipsam necessitatem conuertit in materiam virtutis, quod faciunt multæ Virgines nobiles, quæ commoditatem habent, nuberent; sed quia eam non habent, statuunt viuere in perpetua Castitate. Sed solet Dominus noster hanc earum intentionem tanta gratiæ suæ abundantia extollere, vt quod alias quodammodo coactum erat: conuertat in iucundum & gratum: ita vt dolerent, si eum non legissent. Et id totum signum est & indicium Dei vocationis, qui prouidentia sua impossibilitatem, & difficultatem contrahendi matrimonij edidit, vt Virgines eas seruet. Et ob eandem rationem, qui ratione suæ constitutionis corporalis, aut cõtinui alicuius morbi apti nõ sunt ad matrimonium: possunt hoc ipsum tanquam indicium accipere voluntatis Dei, & suæ ad perpetuam castitatem vocationis, vt talem statum eligant, adeoq; libenter acce-

ter acce-

ter acceptent; atq; si liberum ipsis fuisset, illum amplecti aut rejicere. Nam, si huiusmodi homines possint vel ipso desiderio lethaliter peccare, licet ad ipsam opus peruenire non possint, quemadmodum dixit Ecclesiasticus *concupiscenti. Sadonis de uirginant ueneculam*: ita è contra idem plurimum promereri possunt, efficaci continendi voluntate renunciano ipsi operietiam ad illud perpetrandum apri fuissent. Et in hoc ait S. Hieronymus eduxisse Danielem cū tribus suis socijs, quos Scriptura Sacra videtur f. *Eunuchos* appellare, eo quod Castitatem naturalem in virtutem gloriosissimam conuerterint. Quamuis alij Doctores valde graues asserant: hoc nomine illos appellari, non ob naturalem defectum, quem habuerunt, sed ob puritatem castitatis animæ eorum quasi innatæ.

Quare diuina vocatio & electio pro indicio suo præferre solet fundamentū bonæ naturalis Constitutionis, quietè ac suauiter ad continentiam propendentis absq; vehementia passionū. Vult enim Deus D. N. naturæ fundamenta iacere, apta & conformia ædificio, quod sua gratia erigere molitur. Et quæ admodum vehementer propensis; & passionum, quibus quodammodo vrutur, vehementia impugnat, suadere solemus, vt matrimoniū inear: eò quod magnū videatur indicium, Deum illos velle statum illū assumere: ita meritò consiliac suaderi potest perpetua castitas ijs, qui proportionatam inclinatione & complexionē ad eam seruandam habent: illud enim signū est diuinæ ad eam amplectendæ vocationis. Quamuis hoc signū solum, non sit vere sufficiens, sicut neq; eius defectus est certū indicium, quod vocatio diuina desit. Multi enim reuera vocati à Deo ad egregiū hoc ceptū. graues patiuntur pugnas: supplēte scilicet gratia Vocationis quod natura nō cōcessit. Quare potius conijcendi sunt oculi in vehementiam inspirationū, & impullum interiorū; & in affectū ipsius voluntatis ad eam amplectendā. siue ad id impellatur à cælestibus illustrationibus; siue à rationibus, quæ per ratiocinationem ostendunt, huius status conuenientiam, contrarij verò adferunt horrorem quendam. Obseruandæ tamen sunt regulæ & monita, quæ ad eligendum statum posita fuerunt in primo tractatu secundi Tomi.

§. II.

NE tamen quis deterreatur ab Electione celsissimi huius status timore suæ imbecillitatis, aut si iam illum accepit, animo deficiat, quasi non possit seruare quod obtulit aut promissit: est diligenter aduertendum gratiam diuinæ vocationis ad statum Castitatis, adferre secum auxilia sufficientia, vt per totam vitam castè viuere possimus, nisi nobis ipsis defimus. Deus enim nunquam vocat, nisi ad id quod est possibile, neque consolat, nisi quod sit factibile. Et quamuis dicat neminem posse esse castum, *ansi cui id sit è cælo datum*: simul tamen cū inuocatur

castita-

*Per mor-
bum aliquos
vocat ad
castitatem.
e Eccl. 20. 2
Lib. 1. cōtra
leuinia. Jo-
sephus lib.
10 Antig.
f Daniel. 7.
S. Doroz. in
synopsi
S. Epith. in
vita Dani-
elis.
Lyræ. vide
Fetra in
Daniel. 1.*

*Gratia vo-
cationis ad
hunc statū
adfert suf-
ficientia
auxilia.*

*Homo libere
debet con-
sentire in spi-
rationibus.
Homil. 63.
in Mat. 19. c.
Et S. Hiero-
nymus ibi-
dem.*

*In dictum
inuid: cum
consumasset
IESVS hos
Sermones
inclinatio
sola ad ca-
stitatem non
sufficit nisi
concurrat
Deus.*

b Rom. 9. 10

*Gratia non
debet esse
impotentior
naturā
c Mat. 9. 12*

*Homil. 6.
in Mat.*

c Mat. 13. 9.

castitatem, ex parte sua offert auxilia ad eam seruandam. Hæc autem sunt præcipue illustrationes, inspirationes, & impulsus permoentes ad executionem mediatorum, quibus illa custoditur. Sed necesse est homini consentire, & ex parte sua facere quod potest ac debet, ne reiicere omnia in solum Deum. Non existimes (ait S. Chrysostomus) continentiam dari, aut forte, aut necessitate: datur enim potius eam sponte sua eligentibus, & ab ipso Domino petentibus. Sed dicitur Deus illam daturus, ut intelligatur, quam sit nobis necessarium auxilium cæleste ad eam obtinendam; & simul appareat eius excellentia, ac in custodienda difficultas. Idem confirmat S. Gregorius Nazianzenus alia ratione valde efficaci: Ne decipiatis, inquit existimans, sicut solent hæretici: aliquos homines habere naturam debeatam ad castitatem & virtutem; alios vero ad luxuriam & vitium; alios autem cum quadam ad utrumque indifferentia. Quamuis enim verum sit: alia maiorem habere inclinationem & aptitudinem ad Castitatem & virtutes quam alij: non tamen sola illa sufficit, nisi Deus, & ratio eam excitet, & impellat, ut exeat in opus. Quemadmodum si lex nunquam scintillas emitteret, excussorio ferro percutitur. Quando autem audis eos esse continentem quibus datum est: necesse est addere: ijs datur esse, qui accipere volent. Ac propterea dixit Apostolus, *non esse volentis neque currentis, sed miseræ Dei*: hoc enim voluit dicere: quod velle, non sit solius hominis volentis; neque currere, solius currentis: sed etiam ipsius Dei inspirantis, ipsum velle & currere: & ipsa electio, qua homo hunc eligit statum, est diuinum beneficium. Ad eam enim faciendam simul concurrunt humana voluntas eligens, gratia diuina electionem ipsam inspirans, & præueniens, ac excitans, ut fiat. Et quoniam ab eius misericordia provenit inspiratio ad eligendam continentiam ab eadem etiam auxilium provenierat custodiendam.

Hæc distinctius explicuit Christus D. N. similitudine Eunuchorum cuius superius fecimus mentionem. Non enim minus potes debet esse gratia, quam ipsa natura; nec amor regni colorum minus efficax, quam ars, & industria hominum. Cum igitur aliqui Castitatem seruent ex naturali complexione, aut humana industria, quæ illos ad matrimonium fecit ineptos: erit valde possibile, & iucundum alijs, id præstare ex diuina gratia, & propter amoris æterni præmij. Sed addidit statim Dominus, *qui potest capere capiat*: ut hac ratione (ait S. Chrysostomus) extimularer nos ad excelsum adeo, ac difficilem statum aggredendum: submonens interim non magnam diligentiam ac fortitudine opus esse ad illum obtinendum: non tamen esse impossibile. Quare quemadmodum Christus D. N. cum in suis concionibus audientibus dicebat, *qui habet aures audiendi audiat*: vehementer optabat, omnes audire doctrinam suam; & quod in se erat, sufficientia præbebat auxilia

vt interiōre auditum haberent ad eam audiendam: & omnes poterāt libere eam audire, acceptare, si vollebāt: ita etiā, dum castitatē consulēs, dicit: *qui potest capere & accipiat*, ostendit desiderium suū, vt omnes, quibus ille ipsam inspiraret, eam amplectantur; offertque auxilia, ad eam obtinendā: quam re ipsa obtinebūt, si quod in ipsis est, media adhibuerint, quæ ipse Saluator ad ea proposuit, & quæ etiā nūc, inspirat cuius: quæ in genere ad quatuor reuocatur.

PRIMUM est *Oratio*, qua sollicitè agatur, vt illa auxilia eorumque efficacitas impetretur. Nemo (ait Origines) a custodia castitatis se exculet, eo quod Redemptor noster dixerit, eos tantum eam seruare, quibus datum est: nam ipse Saluator dixit etiam: *et petite & dabitur vobis; & omnis qui petit accipit*. Petat igitur cum fide & fiducia Continētiā, & dabitur illi. Et si non dabitur, eo quod sit amicus: *dabitur, tamen propter improbitatem & importunitatem petendi*. Memor esto, quod f. *Jacob luctabatur cum Angelo tota nocte vsque mane*: & eius lucta erant orationes & lacrymæ, vt insinuat Oseas, cum dixit: *g. fleuit, & rogauit eum, ac denique impetrauit, vt ipsi benediceret qui tetigit neruum femoris eius, & statim emarcuit; & nomen Jacob, quod luctatorem, significat, mutauit ei in nomen Israel, quod significat fortem contra Deum, aut videntem Deū*. vt ex hoc intelligas, orationibus, lacrymis, prolixis vigilijs, & importunis precibus obtineri caelestem benedictionem & victoriā de sensualitate significata per femoris neruum: quem Deus exsiccauit, dum eam gratiæ suæ abundantia mortificauit, concedens etiam fortitudinis donum, quo posset victoriā proficere; donumque contemplationis ijs promissa, h. *qui mundo sunt corde*. Hoc medio sæpius utebatur S. Augustinus orans Deū Dominum nostrum pijsimis hisce verbis: O amor qui semper ardes, & nunquam extingueris? Deus meus charitas infinita, accende me. Continētiā iubes, da quod iubes, & iube quod vis. Tota spes mea non nititur nisi in magna valde misericordia tua. Da quod iubes, & iube quod vis.

ORATIONI coniungenda est prompta & ad nutum obedientia in rebus omnibus, quas Deus iubet, & inspirat; speciatim in ijs, quæ sunt media ad seruandam castitatem: ita vt statuas certò, te velle valde exactè spiritui diuino parere: vt sic caro tua sit obediens, tuoque spiritui subiecta. Nam quemadmodum Adami inobediētia, effrenem fecit sensualitatem, laxauitque habenas turpibus luxuriæ motibus: (nam statim atque diuinum præceptum Adamus & Eua transgressi sunt, valde erubuerunt, quod se nudos aspicerent, fædosque aded motus in se experirentur). Et, vt S. Augustinus ait, inobediētia carnis rebellis promulgabat spiritus inobediētiā: ita è contra Obediētia spiritus erga Deum efficiet, vt caro aduersus spiritum non ita rebellet: vt contra eum præualeat. Ac propterea forte S. Petrus dixit: *animas vestras castitate in obedientia charitatis*, quasi dixerit si animas vestras vultis habere ca-

I.

Tractat. 7.
in cap. 9.
Matt.
c. Luc. 11. 9.

l. Genes. 32.
25. 26.
g. Osee. 12. 4.

h. Mat. 5. 8.
Lib. 10. de
Ciuil. c. 29.

>>

>>

>>

>>

2.

Prompta
obediētia
necessaria
est in inspi-
rationibus.
Lib. 4. de
Ciuil. c. 17.
& lib. 11. de
Gen. ad li-
ceram. c. 31.
i. Petri. 1.
22.

stas, amplectimini obedientiam perfectam, innitentem charitati: ex obedientia enim & charitate procedet Castitas.

Hic addendum est tertium efficacissimum medium, frequentia sacra *Communio*. Valde enim singulari providentia Christus D. N. cum in leg. Evangelica statum hunc Virginitatis & Castitatis perpetuam institueret; & iugalem Castitatem multo plus, quam alias constringeret instituit etiam sanctissimum Altaris Sacramentum, in quo castissimam suam carnem, & preciosissimum sanguinem panis & vini accidentibus tecta nobis tradidit: ut Caro eius nobis tangens castam efficiat; & emarcescat in nobis nervus sensualis amoris inveniuntis: ideoque Sanctus Cyrillus ait: communione sacram temperate memorem membrorum nostrorum Legem; & extinguere tentationes ac turbationes animarum nostrarum. Sed expressius adhuc Zacharias Propheta dicit hoc Sacramentum appellavit, *vinum germen virgines*; ita providere Domino nostro, ut *vinum*; quod esse solet instrumentum *luxuria*, medium esse efficacissimum ad generandam & conservandam Virginitatem virtute sanguinis sub ipsius accidentibus latentis. Fuit quoque eiusdem Domini mens, & oblatum, ut quemadmodum ex prohibiti fructus comestione *luxuria* fuit in mundum ingressa; ita per summptionem huius panis, vitæ illa repellatur. Comestio illa frænum abstulit carni; hæc efficacius illi frænum imponit; & ita sententia illa Ecclesiæ impletur, quæ dicit; *Gustus saucianis, & gustus sanavit*. Cum igitur Dominus noster (ut dixit David) *mensam hanc paraverit adversus omnes tentationes, & eos, qui tribulant nos*; eamque straverit in conspectu meo, ut omnibus esset spectabilis, & liceret diuinum hunc panem ex ea lumere, quoties tentationes experiremur, ne eis succumberemus: sibi ipsi tribuat, qui illum nobis menses sicut oportet, deficiat in tentationibus *luxuria*, & iacturam facit *Castitatis*.

QUARTUM medium, quod secundo est valde affine & omnium trium fructus valde insignis, est strenua, valdeque attendenda motuum sensualium, & omnium internarum, & externarum, quibus illi fontetur & relaxatur, *mortificatio*. Inter has mortificationes valde eminent *Cilicia*, *Disciplina*, siue *flagella*; *ieiunia*, *Vigilia*, & *asperitates* aliæ corporales, de quarum utilitatibus fufius actum est in tractatu de *Pœnitentia*: hanc quoque valde efficaces ad carnis impetus continendos & frændendos. Hoc significare voluit naturalis ille instinctus, siue boni spiritus impulsus, quo Adamus, & Eva statim atque tarpes in se motus adverterunt, *in consuetum folia ficus, & fecerunt sibi peria, & omnia*, quibus se tegerent: quæ folia, (ut advertit Iteneus circa hæc materiam) quando carni applicantur instar *cilicij*, valde eam pungunt, & molestiam adferunt. Quæ actione quodammodo protestatus est Adamus; antequam dicitur sui vulneris esse pœnitentiam, mortificationem, & castigationem carnis: & quasi verbis diceret, *cognosco, quod sum dignus tali tegumento, quod debet*

3.
Frequens
Communio
necessaria
est castit.

Lib. 4. in
Ioan. cap. 17.

k Zecha 9.
17.
l Ephes. 5. 18.

Sumptio
Eucharistie
frangit luxuriam.
in Psal. 22.
5.

4.
Strenua omni
passio
mum mortificatio
castitatis necessaria.
Tomo 1.
Tract. 3.

n Genes. 3. 7
Lib. 3. ad
uersus hereticos
cap. 37.

tionem quidam nullam praeferat; mordet autem & pungit corpus: ut sic discat spiritui esse subiectum, remoueatque ab aspectu, auditu, & gustatu, quicquid potest, habenas illaxare. Et quoniam haec mortificatio multa complectitur ad nostrum hoc institutum spectantia, de illis agemus in subiectis capitibus.

CAPVT VII.

HMILITAS CONFERT AD CVSTODIAM CASTITATIS QVAE OB OCCVLTAM SVPERBIAM FACILE PERIT. Adferuntur aliqua documeta ad vtramque virtutem coniungendam.

PRIMA eorum, qui Castitatem factam rectam custodire volunt, cura & sollicitudo esse debet, ut profundas in humilitate, propriaeque imbecillitatis cognitione radices iaciant, & a Dei protectione dependant: absque cuius auxilio ac favore non poterit illa illaesa custodiri, ita enim Salomon dixit: *Sciui, quoniam aliter non possem esse continens, nisi Deus det: & hoc ipsum erat Sapientia, scire cuius esset hoc donum.* In quibus verbis duplex continetur cognitio: altera Fidei quae omnibus Christianis est communis, qua credunt, & fatentur, continentiam esse donum Dei, & sine eius auxilio, se non posse horrendis cotinuisque tentationibus resistere, quibus illa oppugnatur: & sunt nihilominus aliqui, qui ex occulta superbia, obliti eius, quod fide credunt, nihilominus suis viribus fidunt, maximamque fiduciam in sua industria ponunt: ac securos reputant, existimantes, quamuis tententur, se non vincendos: & gloriantur inaniter in suis actionibus; delectantur, quod magni ab alijs fiant, & propter sua facta laudentur. Humiles autem supra fidei cognitionem aliam adhuc iaciunt profundiore, a dono Sapientiae prouenientem: qua interius sentiunt, & manibus quasi palpant nihilum, quod ex se ipsis habent, ac dependentiam, quam in omni re bona, & praecipue in Castitate, quae a deo est ardua, a Deo habent; suis viribus plane diffidunt, totamque fiduciam suam in gratia diuina collocant. Semper *timeant*, nunquam se reputant securos, nolunt ex suis victorijs honorem aut gloriam; sed soli Deo eam tribuunt. Ex quo prouenit, ut Dominus noster, cuius est proprium (ut ait Scriptura) *superbis resistere, humilibus autem dare gratiam, complacens sibi*, in hac humilitate, copiosa valde eis auxilia largiatur ad Castitatem conferuandam; quae denegat superbis praesumentibus, & confidentibus sibi ipsis: quos permittit turpiter labi, ut experientia discant exiguas vires, quibus pollent.

s. l.

PRaeclare hoc explicat S. Gregorius in illa verba Iob: *a qui docet nos super iumenta terra: & super volucres caeli erudit nos: certum, inquit, est, spiritus humilitate, & carnis castitate mutuo se conseruare.* Et superbia solet esse luxuriae seminarij; D. N. permittente, ut qui tanquam aues per aera sese extollunt, decidant in carnalitates instar iumentorum terre, quemadmodum euenit Gethibas, de quibus ait Apostolus, quod propter eorum superbia, *tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam, & in passiones ignominiae.* Et de Israelitis dixit

M 2

leas,

profunda humilitas castitatis studio necessaria. a Sap 8.21.

Occulta superbia aliquos vana gloria subijcit.

Humiles suis viribus diffidunt. b Iob. 4. 6.

c 1. Petri. 5.

I. a Iob. 35. 7. Lib. 26. moral. cap. 13. Superbia luxuria seminarium, b Rom. 1. 24.

c Osee. 5. 4.

leas, quod c spiritus fornicationis erat in medio eorum, ut eis dominaretur: *Et arrogantia Israel apparebit in facie eius*: hoc insinuans, quod occulta superbia eos se se prodiderit in publica fornicatione: quia interior animæ tu non potest ad faciem eorum. Quare nullus eorum, qui sanctè vixerunt, & tandem dedit se vitio carnis, existimet, se tunc superatū, quando manifesto aliquo peccato superbia apparuit; sed potius sibi persuadeat, quod tunc vicitur quando spiritus latenter intravit. Quod si repente Castitas, ad senectutem usque conservata, perit: id evenit, propterea quod humilitas, quæ in iuventute illam custodiebat, evanuit. Hæc S. Gregorius, quod iucunda quadam similitudine confirmat ex eo, quod S. Iob Deo dixit: *d propter superbiam quasi leæna capies me*, in aliquibus, inquit, regionibus capitur leæna hoc modo: fodit magna fouea in via, qua illa est transitura, ex parte superiori lata, ex inferiori angusta: in ea ponunt onem aliquam, ut leæna transiens deiciat se in vineam, ut ouem deuoret, unde postea non potest exire. Ita Dominus nobis aliquos in specie sanctos ob superbiam & arrogantiam permittit occurrere illis occasionem aliquam, in qua impetu carnalis suæ passionis sese prætertent, & in ea hæsitent, ita ut re ipsa experiantur, nec vires se habere, ut illo luto emergant; nec vnquam habuisse, ut non laberentur: nisi Deus eas dedisset. Quemadmodum evenit Dauidi Regi: quem, ob occultam quam superbiam, permisit in huiusmodi foueam cadere, occurrente illi occasione, quæ vidit, d *Bethsabæe*: & in ea immersus mansit ultra decem menses eo euentu veritatem comprobans illius sententiæ spiritus sancti: *e fouea funda est meretrix, & puteus angustus, aliena: cui iratus est Dominus, incidit in ea*.

Quando deficit humilitas deficiit castitas. d Iob. 10. 16

d 2 Reg. 11. 3
c Fron. 22. 14. & 23. 7.

hoc est peccatum superbiæ, & arrogantia, ob quam idem Sanctus ait, *soluere Deum f Balthæum Regum dissoluere*, generosum scilicet cingulum, quod Castitatis donum, & *præcingere sine culpæ carnalis*: donec suam miseriam imbecillitatem agnoscant. Dicitur autem Deus huiusmodi balthæum dissoluere, non quod denegat auxilia ad vincendam tentationem sufficientia, sed copiosiora & efficaciora, quæ, cum humiles & grati essent, eis largiebatur.

Iob. 12. 18.

Ex His Sanctus Gregorius educit duo genera luxuriæ: alteram carnis, quæ castitatem corrumpit; alteram cordis, quæ de ipsamet Castitate gloriatur, & deo amittitur. Quare, ut Castitas integrè conservetur, aduersus utranque luxuriã est decertandū: & mortificandus etiã affectus inanis gloriæ, qui oritur a let ex eo, quod carnis luxuriã quis mortificauerit, iuxta illud Moyse: *circumcidite præputiũ cordis vestri*. voluit enim dicere, qui iam circumcidistis præputia carnis, eius vitia mortificantes: circumcidite nunc etiam præputia cordis, mortificantes superbas & arrogantes cogitationes; *h succingentes* (v. 21) Petrus) non solum corp⁹ vestrū, sed etiã *lũbos mentis*, cingulo humilis Castitatis.

Genus luxuriæ aliud carnis aliud cordis.

g Deu. 10. 16
h 1. Petri. 13

Hoc ipsum confirmat S. Augustinus dicens primam pugnam eorum, qui desiderant Continentiam, esse debere contra Dæmonis suggestiones, instigantis ad multum sibi ipsis tribuendum & fidendum: nam tunc certam imminere ruinam, & lapsum in illam imprecationem Jeremiæ dicentis: *imaledictus homo, qui confidit in homine*: qui enim in se ipso confidit, in homine confidit; ideo que erit maledictus: quia permittet Deus, turpiter labi, ut plane perspiciat, quam parum possit: si quidem quantumvis sint excellentes, ut vocari possint & *Dii, & filii, excelsi*: si tamen Deus eos deserat, interibunt, quasi miserissimi; & cadent, sicut Angeli mali. Bene id nouit, qui in abundantia sua dixit: *non monebor in æternum*: sed mox aduertit, *uoluntatem Dei prestare uirtutem decori & sanctitati, quam in se uidebat*: nam statim atque Deus *faciam suam ab eo auertit factus est conturbatus, & mutatus*. Per medicinalem Prouidentiam (ait S. Aug.) paululum desertus est à Rectore; ut per exitialem superbiâ desereret ipse Rectorem: agnoscens ex lapsu suo, se non posse solum sanctitatem seruare, quam habebat. Ex quo infert Cassianus: apertum indicium proxime obtinendi donum Castitatis esse, non sperare illud ex sua sola industria; & singularem esse de luxuria uictoriam, non fidere proprijs uiribus ad eam uincendam; sed eam à diuina misericordia sperare, & recurrere continuis suis orationibus ad Dominum qui potest illam dare. Et quamuis hæc fides (ait ipse) uideatur facilis: non tamen est Tyronibus minus difficilis, quàm ipsamet castitas. Nam statim atque aliquam in se ipsis puritatis particulam, aut tentationum uictoriâ aduertunt, erumpunt insultus aliqui superbiæ, quasi existimantes, ob suas diligentias se illam obtinuisse. Nam (ut S. Gregorius ait) difficile est homini non credere esse à se, quod uidet & experitur in se, quam tamè difficultatè, si uiceris uia: citate fidei illustrata, meditatione ac luce cælesti, & experientia lapsuum alienorum: liberabit te Dominus à lapsibus proprijs; & magna experieris auxilia, quæ tibi ad optatam puritatem consequendam dabit.

DI NIQUE quantumuis preciosa sit Virginitas non inueniet coram Deo gratiam, nisi coniunctam habeat humilitatem: utriusque enim coniunctione beatissima Virgo Domina nostra adeo copiosam inuenit, ut ipse eiusdem Dei matrem propterea fuerit electa. Ut perpendit S. Bernardus grauius hisce, & uerbis, quibus utramque uirtutem inter se confert. Pulchra, inquit, permixtio uirginitatis & humilitatis: nec mediocriter placet Deo illa anima: in qua & humilitas comedit uirginitatè, & uirginitas exornat humilitatem. Audis Virginem: audis humilem. Si non potes uirginitatem humilis; imitare humilitatem Virginis. laudabilis uirtus uirginitas: sed magis necessaria humilitas. illa consulitur, ista præcipitur. De illa dicitur: *qui potest capere capiat*; de ista dicitur: *nisi quis efficiatur sicut paruulus iste, non intrabit in regnum cælorum*. Potes denique, sine uirginitate saluati: sine humilitate non potes;

3.
 Lib. de Con-
 tin. cap. 4.
 i Jerem. 17. 5
 Prima con-
 tatio da-
 monis est
 multum
 sibi fidere.
 k Psal. 81. 6.
 l Psal. 29. 7.
 Lib. de Con-
 tinent. c. 14.
 Cellar. 12. 6.
 15. & 16.
 Non fidere
 sibi uictoria
 est contra
 Luxuriam.

4.
 Homil. 1.
 super Missus
 est.
 Virginitas
 sine humi-
 litate ingra-
 ta est Deo.
 in Matt. 18.
 3.



*m Isaiã ult.
2.
Super hu-
mitem spiri-
tus Domi-
ni requiescit*

tes; potest, inquam placere humilitas, quæ Virginitatem deplorat amissam
sine humilitate autem audeo dicere: nec virginitas Mariæ placuisset *mose
quem, inquit, requiescet spiritus meus nisi super humilem, & quietum?* super humi-
lem dixit; non super Virginem. Si igitur Maria humilis non esset, super
spiritus sanctus non requiescisset: neque eius virtute concepit. Respon-
dit inquit, humilitatem ancillæ suæ Deus, potius, quàm Virginitatē. Et si placet
ex Virginitate, tamen ex humilitate concepit, unde constat, quia etiam, si
placeret virginitas, humilitas procul dubio fecit. Quid dicis Virgo super-
be? Maria Virginem se oblita, gloriatur de humilitate: & tu neglecta hu-
militate, blandiris tibi de virginitate. Quanto honorabilior es ex singula-
ri munere Castimonie: tanto tibi maiorem iniuriam facis, quod eius in-
decorem facdas permixtione superbiæ. Alioquin expedit tibi virginem non
esse: quàm de Virginitate insolescere. Non omnium quidem est Virginitas
multò tamen pauciorum est, cum Virginitate humilitas. Si igitur Virginitas
tē in Maria non potes nisi mirari: stude humilitatem imitari: & sufficit tibi
Quod si & virgo & humilis es; quisquis es, magnus es. Hæc S. Bernardus
quibus præstantiam ostendit permixtionis utriusque huius virtutis, quæ
ra occludunt duarum filiarum *n sanguisuga, dicentium semper: affer, affer.* Nam
ut idem Sanctus dixit, nec anima vanitate; neq; caro voluptate satiatur. At
humilitas intercipit insatiabilem vanitatis appetitum; & virginitas & castitas
reprimunt insatiabile voluptatum desiderium. Quare utraque animam dispo-
nit atque exornat, ut Rex cælestis eam dignetur in sponsam acceptare.

§. II.

*I.
Castitas se-
cretò ser-
uanda.
Lib de Glo-
ria Confess.
6, 32.*

*virtus oc-
culca non
est sine ma-
nifestate
manifesta-
nda.
Collat. 17.
6, 17.*

HUMILITAS hæc præcipuè seruanda & ostendenda est in aliquibus, qui-
bus tutum valde faciunt thesaurum Castitatis. *Primum* est, ut summo secreto in
tibi soli serues castitatem: ut nullo verbo, quod vanitatem aliquam aut
contumaciam sapiat, aut inane desiderium ostendat, quod propterea in honore
haberi velis, illam prodas. Thesaurus enim adeò preciosus, ut tutus sit, oc-
cultus esse debet: quare inaniter illū ostentans, occasionem præbet Dæmo-
nibus, eū deprædandi. Mirabilē casum refert S. Greg. Turonensis de duobus
coniugibus, qui voto se obstrinxerant perpetuæ Virginitatis. Vxor autem
mortua, vir corā multis dixit: gratias tibi ago Domine, quod quemadmodum
Virginem hanc mihi in vxorem dedisti: etiam Virginem reddo. Et tunc
vxor defuncta oculos aperuit, dixitque subridens: vir Dei, ne prodas nostrum
secretū cū te nullus interroget. Voluit. n. illi dicere: attende, quod occultata
aliàs virtus, non sit absq; necessitate manifestanda, ut conseruari possit. Me-
mor esto, te virū esse; tuāq; Castitatē in medijs innumeris periculis veritari,
quibus non poteris illam eā seruare, nisi humilitate tectam. Sed rarius ad
huc & admirabilius fuit exemplū, q̄ Cassianus refert, de quodā rustico, qui
dum

dū veheret suorū frumentorū Primitias ad Sanctū quendā Abbate, cui no-
 mē erat Ioannes inuēnit ibi quendā obsessū à Dæmone, valde ferum: per
 cuius os loquebatur Dæmon, contēns exorcismos, & mandata sancti illius
 Abbatis, & protestans: se propter illa non exiturum ex corpore, in quo erat.
 Sed eodē momento, quo rusticus ille accessit, solo eius aspectu territus Dæ-
 mon, & summa cū reuerentia eū nominans, exiuit ex corpore. quasi dicens:
 hic est qui me eiecit, nec ego possum in eius præsentia amplius hic manere.
 Stupefactus ex hoc euentu S. Abbas Ioānes, instanter petijt ab homine illo,
 quam vitæ rationem haberet? sed cū ille esset valde humilis, solum respō-
 dit se esse læcularem quēdam coniugatū. Sed S. Abbas ad huc instirrit, vt bo-
 na opera, quibus occuparetur, aperiret. Is vt obediret respondet: se esse pau-
 perē quendā rusticū, qui laborē manūū victū suū quæreret; nec se meminisse
 alterius rei bonæ, nisi quoddā cum mane ad laborandū exiret, & cū vesperi
 domū rediret semper ingrederetur templū, gratias Deo agēs ob accepta ab
 eo beneficia. Et in hunc modū quædā alia retulit, quæ & si bona erāt nō tamē
 ad eō excellentia, vt viderentur sufficere ad terrorem dæmonibus inferen-
 dum, quare Sanctus Abbas adhuc tertio illum obstrinxit, vt aperiret quod
 tantopere occultare nitēbatur; & tandem sic constrictus respondit valde de-
 missè: se magnum habuisse desiderium, vt monachus fieret; sed à parentibus
 fuisse coactum vxorē ducere, & elapsos esse iam vndecim annos: in quo toto
 tempore se habuisse vxorem non aliter quàm sororē, seruante utroq; virgi-
 nitatē, nullo alio eius rei conscio. Quo audito Abbas ita obstupuit, vt ingenti
 clamore publicè dixerit: non sine causa dæmon, qui nihili me faciebat, fu-
 git à conspectu huius, cuius virtutem non potuit expugnare, non solum ar-
 dore iuuentutis, sed neque tempore coniugij. Sed ego addo: quamuis huius
 viri Castitas fuerit rara: non tamen minus raram fuisse eius humilitatem. &
 quoniam Dæmon ad eō est superbus, non tam fuit territus, quod videret ho-
 minem castum, quàm quod simul videret ad eō humilem. Cui si defuisset hu-
 militas; non ipsum dæmonem terruisset castitas. Coniungamus itaque sem-
 per has duas virtutes: & fugient à nobis dæmones. Et quoniam superbia val-
 de est astuta, impellit que ad manifestandas virtutes sub eo prætextu, vt gra-
 tias Deo agantur, aut propter illas glorificetur, vt in primo vidimus exemplo:
 ediscamus ex secundo, nō adhibere illi fidem leniter, sed eas occultare studea-
 mus, donec obedientia & Charitas vrgeat nos, ad eas manifestandas: &
 tunc gloria Deo tribuetur; quando ex tali occasione gratia, quam ipse dedit,
 manifestabitur. Et cum ipse semper exaltet eos, qui se humiliant: nostri mu-
 neris est, eius dona cum humilitate occultare, vt tutiora sic maneant: ipsius
 autem prouidentia erit, viam & rationem præbere, qua illa manifestentur,
 quando ipse vult ex eis glorificari ad aliorum vtilitatem.

*Humilitas
 fugat da-
 mones cum
 Virginitate.*

Secun-

In Psalm. 99. prope finem. Lib. de Sancta virginitate. c. 5. Inanis gloria fugienda. Epist. 42.

Secundum, in quo humilitas elucere debet, illud est, vt ne quis inanis gloriatur de excellentia & perfectione sui status, alios verò contènat, qui tum habent minus perfectum. Vera enim excellentia, & amplitudo coram Deo nō in alio cōsistit, quā in sanctitate cordis, quæ status sanctitatē exprimit. Nam vt S. Augustinus dixit: melius est humile coniugium, quàm superbia virginitas, si. n. nubeset nō haberet nomē, vnde extolleretur, & haberet finem quo regeretur. Humilitas statū ex se vilem nobilitat; superbia etiam ex altissimum reddit abiectum. Ac propterea apud Deum altior est conditio humilis Virgine superba; & magis ei placet humilis secularis, quàm superbus religiosus. Quod si tamen humilitas vilem alioquin statum ad eum extollet; quāto eadē amplius extollet statū ex se excelsū: triūphat. n. tunc de hoc potentiori, vnde S. Bern. in alto positō nō altū sapere difficile est, & omnino inusitatū; sed quanto inusitatius tanto gloriosius. Qui igitur statū ac donum Castitatis accepit: gloriam suam non in honore & laudibus hominum persequitur; sed in vero carū contemptu: optans Deū solum honorari & glorificari ex suis donis; & studens, ne ob aliquā superbiam, eorum se reddat indigne.

a. 7. Co. 10. 17 b. 1. Cor. 11. 1

EODEM dirigitur epistola illa, quam canit Ecclesia in festis Virginum, atque bene illis memoranda in Apostoli verba: a qui gloriatur, in Domino glorietur non enim qui se ipsum cōmendat, ille probatus est: sed quem Deus cōmendat. b. 1. Cor. 11. 1. sustineretis modicū quid insipientie mea: emulor n. vos Dei emulatione. Despicite vos vni viro virginē castā exhibere Christo. Timeo autē, ne sicut serpens Eua sedens astutia sua, ita corrūpantur sensus vestri, & excidāt à simplicitate, quæ est in Christo.

In Deo gloriantur est

Quibus verbis Sanctus Apostolus magno zelo optans virgines & continentes Christi Domini sponas seruare illi fidelitatem, & non ardeat re bonum quod acceperunt, duo magni momenti documenta illis tradidit. Alterum est, vt in Domino tantum gloriantur, hoc est, Deū ipsum agnoscat, verum Dominum, patrem, & sponsum; nolentes sibi ipsis gloriam ex Castitate & reliquis bonis quæ habent: cum verè non ipsorum sint; sed eam tantum soli Deo tribuentes à quo illa acceperūt. Ne illos reprehendens, eis dicat: quid habes, quod non accepisti? Alterum documentū est: vt quamuis magna habeant dona, existimēt se magna & præclara præstare: nō tamen se ipsos propterea approbent & cōmendent: cum facile possint decipi. Et d. quis (ait Salomon) potest dicere: mundum est cor meum, purus sum à peccato? & e quis gloriabitur se castū habere cor? quamuis enim ipse non inueniat in se culpā: fieri potest, vt Deus, qui est ipsum iudicaturus aliquā inueniat; & quamuis castitatem habeat corporis: fieri potest, vt spiritus puritas aliquam habeat maculam.

c. 1. Cor. 4. 7 Comendatio propria fugienda. d. Pro. 20. 9. e. ibidem iuxta LXX.

Ex his licet cū eodē Apostolo tertium documentū deducere: vt viuamus solliciti in perpetuo timore nostræ debilitatis, memores, q. Eua, cum esset Virgō, decepta fuerit à serpente: cuius deceptio initiū habuit à superbia, quæ fuit

primum

primum eius peccatum, ex quo orta sunt inordinata ad sensuales voluptates desideria. Qui autem fundamentum iacit humilitatis, illa ipsum à laqueis, & astutis serpentis eripiet, ut mox videbimus.

IMPONAMVS igitur hanc allatis alijs documentis ex S. Augustino, qui in libro de sancta virginitate, postquam eius magnalia retulit, sermonem ex professo instituit de humilitate, tanquam medio, ad eam custodiendam, necessario: exhortans virgines, ne se præferant coniugatis, sed Ecclesiastici consilium amplectantur: *Quantum magnus es, humiliare in omnibus, & ceram Deo inuenies gratiam, qui solet humiles honorare.*

Et post multas alias rationes sic ait: venite o virgines, agite virgines Dei, hoc agite: sequimini agnum quem nunquam ierit; sed ne superbia tumentes accedite: quia tunc non poteritis eum sequi, cum per angustam deducet semitam: prius igitur ad eum, quam sequamini, venite, & discite: *quoniam mitis est & humilis corde.* Humiliter ad humilem verite, si amatis; & ne discedatis ab illo, ne cadatis. Pergite viam sublimitatis ipsius virginitatis, pede humilitatis. Dona eius illi seruanda committite. Quidquid mali, quod contra puritatem non feceritis, tanquam eius gratiam concessum deputate, de viribus vestris expertis caute: ne, quia ferre aliquid potestis, inflemini: de inexperitis autem orate, *ne supra quam potestis ferre, sentemini.* Existimate aliquos in occulto superiores; quibus estis in manifesto meliores, multi enim coniuges, & seculares, qui sunt in statu inferiores, sunt forte in occulto vobis meliores, quamuis vos in publico videamini esse meliores; cum aliorum bona, forte ignota vobis, benignè creduntur à vobis: at vestra, etiam si nota, non propterea minuitis, quod alienis minora existimetis; sed charitate potius eadem augetis. Et quæ forte adhuc vobis desunt, tãdò dabuntur facilius, quando desiderabuntur humiliter. Perseuerantes inter vos in puritate, præbeant vobis exemplum, ut in ea crescatis: cadentes autem, augeant timorè vestrum; ne sicut illi, & vos cadatis. Illud amate, ut imitemini; hoc lugete, ne inflemini. Inspicite pulchritudinem amatoris vestri: cogitate æqualem patri, subditum & matri; in cælis dominantem, & in terris seruientem; creatorem omnia, creaturam inter omnia, hoc est, tãquam creatum se gerentem. Illud ipsum quod in ipso derident superbi, inspiciate, quam pulchrum sit. Torus vobis figatur in corde, qui pro vobis totus fixus est in cruce: totum teneat in animo vestro, quidquid nolueritis occupari connubio. Sic amantibus mitem & humilem corde, nulla præualebit superbia. Hæc omnia Augustinus ad preciosam virginitatis margaritam tutius cum humilitatis ornamento custodiendam: quæ ne in alterum inclinet pusillanimitatis extremum, coniungi etiam debet fiducia in Deum: de qua iam iam agetur.

4.
A cap. 31.

Eccl. 3. 20

Ca. 52. 6.
58.

Superbia
virgini su-
gienda.

f. Matt. 11.

29.

cc

cc

cc

cc

cc

g1. Cor. 10.

13.

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

Cap. 54.

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

CAPVT VIII.

FIDV CIA OBTINENDI DONVM CASTITATIS
*in cuius conseruatione in medijs tentationibus, Omnipotentia diuina mirifice splendet; sicut & in ingenti
 pace ac tranquillitate post eas
 de uictas.*

Castitas o-
 mnipotenti-
 a Dei mi-
 raculum est.
 Serm. 3. de
 de vig. Na-
 tuitat.

Coll. 12. de
 Castitat. ca.
 13. 11.
 a 2. Co. 10. 3

b Exod. 3. 3.

Deus ani-
 mam ca-
 stam conser-
 uat.
 c Dan. 3. 48
 50. 9.



PERFECTA CASTITAS, quam Sancti puritate Angelicam vocant, est prodigiota quædam virtus, ac diuina omnipotentia miraculum, ad gloriam Redemptionis Christi; & ad manifestandam gratia eius efficacitatem. Nam, si, teste S. Bernardo, ingens prodigium est, quod Deus diuinam fidem coniunxerit cum humano intellectu, valde aliis propenso, ad inuestigandam rationem omnium, de quibus velit iudicare; non minus mirum Angelicam castitatem cum carne, adeo ad sensuum voluptates propensa coniungere; ita ut ab huiusmodi flammis non vratur. Veritas Calsianus) illud est mirabile opus: hominem carneum carnales affectus in carne positum respuisse; & (vt Apostolus dixit) *in carne ambulantes, secundum carnem militare.* Quod miraculum ait esse ei simile, quod vidit Moyles in rubo; quæ ex omni parte igne circumdata, etsi ardebat, non tan- vrabatur, nec consumebatur. Quod ipse admirans, *vidam, inquit, & quæ- ro visionem hanc magnam, quare non comburatur rubus?* Si esset adamas, aut ferrum non miraret sed quod sit rubus arida, & quæ facile comburi possit; nec- amen consumatur: hoc me rapit in admirationem. Non igitur minus rapit admirationem, quod caro iusti & casti hominis igne carnalium concupiscentiarum circumdata, & quæ adeo facile ab his flammis comburi possit non tamen comburatur; sed suam seruet integritatem, & splendorem, atque si inter flores & rosas versaretur. Sed cessat admiratio, si attendamus, quomodo quemadmodum Deus D. N. cuius omnipotentia res omnes obediunt, etiam in medio rubi conseruans illam à læsione ignis: ita etiam idem Dominus in anima casta, ita eius puritatem conseruans, vt in medio tentationum ignis non comburatur, nec pereat aliquo in eas consensu. Euenit etiã castis, quod tribus illis pueris in fornacem Babylonicam iniectis, *quos non tetigit omnium ignis, nec quicquam molestia eis intulit, cum tamen erumpens, incendere, quos reperit iuxta fornacem de Chaldeis: descendere enim Angelus Domini, cum illis pueris, aut (vt ipse Nabuchodonosor dixit) quidam similis filio Dei, qui eos ab illo incendio liberauit.*

HAC igitur ratione existunt casti in carne, quæ instar est fornacis Babylonice, flammis concupiscentiarum, ac tentationum carnalium plena, quas dæmones fouent. Et quamuis hic ignis filios huius sæculi comburit, qui sponte sua, sicut illi Chaldæi, ad ipsum accedunt, & proprio periculo delectantur: non tamen castos comburit, nec ullam eis molestiam infert: eò quod inuiti inter flammam existentes, earum ardoribus strenuè resistant. Quod tamen non prouenit ex virtute ipsius carnis: quæ eadem est in omnibus, & eandem habet in eis propensionem; sed à virtute omnipotentis Dei, mittentis Angelum suum in protectionem Castorum: & ipsemet filius Dei eisdem assistit, vt tueatur; & gratiæ suæ efficacitatem in eis absque periculo, in medijs flammis, conseruandis ostendat.

HÆC est insignis illa promissio Dei, quam refert Isaias his verbis: *dicit Dominus creans te Jacob, & formans te Israel: noli timere, quia redemi te, & vocaui te nomine tuo: meus es tu. Cum transieris per aquas tecum ero, & flamma non operiet te, cum ambulaueris in igne non comburaris, & flamma non ardebit in te, quia ego Dominus Deus tuus, Sanctus Israel, Saluator tuus.* O verba amore plenissima! ô promissiones dulcissimæ! ô tutissima nostræ puritatis, & Castitatis pignora! quis ad eò erit pusillanimis, qui huiusmodi promissis animum non erigat? & quis ad eò diffidens, vt talibus pignoribus non excitetur?

NOLI timere, ô homo, ait qui te creauit & formauit, ego animam tuam ex nihilo creauit; & corpus tuum in matris tuæ visceribus formauit: ad me itaque spectat, vt utrumque in puritate sibi necessaria conseruare, qua ad finem peruenire possint, ad quem vtrumque condidi. *Ego te etiam redemi* precio sanguinis mei; & ab inferni igne, quem eras promeritus eripui: cupioque à tentationibus, quibus impugnaris, liberare: ego enim auxilia tibi sum promeritus, quibus victoriam de eis referas. *Ego te proprio tuo nomine vocaui:* quia noui te, amo te; & elegi, vt mihi in Castitate, & Sanctitate perfecta seruires. *meus es tu,* idque multis nominibus: es enim factura mea, seruus meus, & per Baptismum factus es filius meus, & honorum meorum hæres; & es in meum obsequium destinatus. meum est corpus tuum, & anima tua cum omnibus facultatibus & sensibus. Ad me spectat, ea conseruare, tueri, ac perficere: quia mea potius sunt, quam tua. Quis est homo, qui domus suæ rationem non habeat; qui si videat, eam aqua aut igne circumdari, non statim accurrat, ad damnum præcauendum ac reparandum? Quamobrem *noli timere,* sed certus esto, quod *si transieris per aquas* ingentium tribulationum ac tentationum, *tecum ero,* vt non submergaris: sed potius virtutem tribuam, qua possis sicut sanctus

Flamma concupiscentia filios huius sæculi comburit.

d Isai. 43.1. Christi promissio.

1.
Christus creauit nos ex nihilo.

2.
Redempti per Christum.

3.
Deo notis sumus.

4.
Nostra omnia Christi sunt.

eMat. 14. 29

Petrus e super aquas ambulare, & omnibus tribulationibus superior esse. Et ambulaueris in igne, non combureris: nam etsi maior esset ac vehementior flammae te comburant. Non enim flamma illa ardebit in te: nam etsi pars animi inferior arserit, superior non ardebit, nec eam aliqua culpa inficiet; ego enim te gratia mea praeferuabo.

NE DEFIDAS, quia ego Dominus Deus tuus omnipotens, volo que tibi remedium; sum enim sanctus, & cupio omnes tales esse; & ex officio mihi incumbit id procurare; sum etiam Saluator tuus, & volo efficacitatem gratiae in eo ostendere, ut a tot periculis te eruum; & absque laesione in tantis ignibus conseruem. Si igitur quando illi te circumdederint, confide magna que cum fide dic: tuus sum ego: saluum me fac: & ego statim accurratur ut saluem; quia tu es meus, & sub mea te habeo protectione.

Hæc sunt magni Dei nostri promissa, quinque pignoribus innitentia quæ nobis tradit; quod Omnipotentia sua sit nobis auxilium præstitum ne in luxuriæ flammis pereamus.

§. I. Diuine Omnipotentia prodigia in fauorem Castitatis.

Colla. 11. c. 10, & 12. S. Th. 2. 2. q. 151 a. 1. ex Arist. 7. Ethic. Duplex a. l. u. uirginitatis.

UT AVTEM ab ipso fundamento & radice intelligatur, quam patet clarè ac admirabiliter, quæ hæcenus diximus, gerantur: aduertendum est: uirginitatem (ut ait Cassianus quem sequitur S. Thomas) duas habere gradus: alterum imperfectum, & proprium Tyronum & pugnatium: quem Aristoteles proprio nomine continentiam appellauit: eod quod contineant se illi ac frenent, resistentes impotenti passionum suarum impulsui: alterum perfectum, proprium hominum iam consummatorum, quasi triumphum agentium: qui, pugna absolutâ, magna pace fruuntur. hæc pleno ore Castitas appellatur, & puritas Angelica. Primi significantur per Iacob luctatorem; alij per Israel em videntem Deum, quibus facta sunt promissa, proximè insinuata: In primis inchoantur prodigia omnipotentia diuina: in fauorem Castitatis; in alijs eadem perficiuntur, ut facile apparebit in solennibus illis duobus prodigijs a Deo factis in tribus illis pueris fornacis Babylonicæ. Primum fuit statim in initio, cum a missis sunt in medium fornacis virgines cum braccijs suis, & raris, & calcamentis, & vestibus. Et tunc licet ignis a Deo esset propè, ut vincula ipsa combureret: reliquas tamen vestes & corpora non adussit. Quod in tantam admirationem induxit Nabuchodonosorem, ut, quasi extra se positus, dixerit: Nonne tres viros misimus in medium ignis compeditos, & quomodo ego video quatuor viros saluos, & ambulantes in medio ignis: o magnum prodigium (ait S. Hieronymus) ardeat

I. a Dan. 3. 22. in eū locū.



ardent vincula, quibus ligati sunt; & vincitorum corpora timens flamma non tangit! comburitur funiculus, quo pedes erant ligati, vt solutis liceret inter flammam liberè deambulare: & tamen nec corpus, nec reliqua vestimenta comburuntur, ne quicquam moleste illis intus ignis. o rem stupèdam (ait S. Chrysostomus) vinculos soluit flamma, & ipsa a vinculis victa est; mutauit enim uero naturam adolescentulorum Religio: imò quod mirabilius est, non naturam mutauit, sed permanentis natura vim repressit: & corpus indutum, quod alias erat ignis fomentum & esca, ipsum ignem repressit. Hoc fecit omnipotentia Dei, b cuius vox intercidit flammam ignis, ne faciat quidquid potest; sed solum quod prouidentia diuina permittit: ita vt luceat, sed non comburat. & vt ait S. Gregorius: vno eodemq; tempore in obsequio iustorum: & haberet flamma virtutem ad solatium, & non haberet ad tormentum: combussit enim, quod impediebat; non combussit, quod tegebat.

Hoc igitur prodigium facit Deus spiritualitè cum candidatis Castitatis, qui in suis initijs sunt veluti immeriti in fornacem ignis tentationum vehementium. Sed, ex virtute Dei fit, vt hic ignis ardeat quidem, quasi in suburbis, & arcibus siue vestibulis carnis: sed non attingit partem animæ superiorem, cruciat, sed non occidit; pœnam infligit, sed non adfert culpam; carni est molestus, sed spiritus est utilis: eò quod illustret doceatque Deo fide, sibi autem diffidat; & purificat quasi aurum in conflatório; & nacta occasione, comburit ipsa ligamina, dum passiones & inordinatas propèssiones mortificat illa violentia, quæ adhibetur, dum tentationibus resistitur; & si quid erat superbiæ, aut fiducia propriæ, id ipsum etiam comburit, & consumit, cum tam felici exitu, vt quod Diabolus ad eius perniciem adhibebat, conuertatur in eius commodum: ita vt dicere possit cum Dauide: e dirupisti Domine vincula mea: tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen Domini inuocabo. & tunc impletur quod superius dicebamus: d cum ambulaueris in igne, non comburaris, & flamma non ardebit in te: etsi enim ardebit in carne tua: non tamen in spiritu, qui est optima pars tui: gratiasq; Deo ages cum Ecclesiastico verbis illis: Quæ Ecclesiæ applicat Virginibus. e Confitebor tibi Domine Rex, & colaudabo te Deum Saluatorem meum, quia liberalissime a pressura flamma, qua circumdedit me: & in medio ignis sum estuatus: nam spiritus meus erat liber; & illæsus mansit, etiam si flammæ tentationum carnem meam vexarent.

SEU magnum latet mysterium in eo, quod scriptura ipsa diuina perpendit, cum nullum vestimentorum prædictorum trium puerorum fuisset combustum, nominatim addiderit: f & Sarabala eorum non fuisse immutata, cū enim Sarabala sint, caligæ; significare voluit: ignem tentationū, ob Dei virtutem in eis manentem, non solum corporis & animæ munditiem non inficere, sed neque verecundam nuditatem aperire; nec propositi prioris

Homil. 4.
ad Popul.

b Psal. 28. 7

Li. 3. Dial. 6.
18.

22

23

Corpu ca-
storum af-
fligitur ten-
tationibus,
non anima.

e Psal. 115. 17

d Isai. 43. 2.

e Eccl. 1. 14.
& 6.

f Dav. 2. 7.

firmitatem mutare: sed cum totius mundi admiratione recentissimum illud seruare.

2.

g Vers 49.

h Vers 94.

Pugnā
pax sequi-
tur.

i Vers 88.

Coll. 12. c. 11

k Psa. 131. 1.

l Mat. 18. 19

Anima pa-

cifica Chri-

sti habita-

culum est.

m Psa. 75. 1.

ALTERVM prodigium, quod fecit Deus cum tribus pueris, fuit; quod Angelus Domini descendit cum illis in fornacem, & excussit flammam ignis in fornace, & fecerit medium fornacis, quasi ventum roris flantem, ita ut non tetigerit eos omnino ignis, neq; contristerit, nec quidquam molestia intulerit, h nec odor pax transferit per eos. Vult enim Deus omnipotentiam suam manifestare, dans prodigiosam quandam pacem post pugnā aded crudelem; & magnā serenitatem post tempestatem aded horrendā; remouens ipsum ignē, & aded procul excutiēs, vt ab ipsa quoque carne recedat: ita vt, & ipsa tentationes cessent: fœdæ imaginationes euanescant; & voluptatū sensualium motus procul cedant: maneatque totus homo in magna quiete: nec tristitiam aliquam habeat, nec molestiā. Et tunc accedit de cœlo ventus roris diuinarum inspiratum flans, qui passionum ardorem extinguit: simulq; descendit ros deuotionis, & cœlestis solatiū, cor exhilarans, & omnē expellens tristitiā præcedentē. Tunc lætitiæ cantica renouantur, oēs creaturæ conuocantur, & inuitantur ad benedicendū Domino ob collata sibi tot beneficia; & se ipsos mutuo exhortantur, vt milles ipsi benedicant: dicentes cū tribus illis pueris: benedicite Anania, Azaria, & Misael Domino laudate & superexaltate eum in sacra quia eruit nos de inferno, & saluos fecit de manu mortis, & liberauit nos de medio ardentis flammæ, & de medio ignis eruit nos. Tunc incipiunt dulcia cū Angelis colloquia: quia quilibet delectatur conuersari cū sibi simili; & ipsi ad Angelum accedunt, seq; faciunt eorū socios: & ipsemet filius Dei, lubēs descendit ad ipsam fornacē, & arctā cū eis in familiaritatē. Hic (ait Cassianus) repletur, quod dixit Dauid: *ecce quam bonū, & quam iucundum habitare tres in vnum*. Nā caro & spiritus sunt iā sibi conformes, & consentientes: vt spiritus non vexetur, aut molestetur à carne. Et ipse Christus implet illud quod promisit, dicens: *si duo vel tres ex vobis consenserint super terram, de omni re, quacunque petierint, fiet illis a Patre meo, quia ego in medio eorum sum*. Vale enim ipse delectatur habitare in animabus habentibus pacem: iuxta illud Dauidis: *innotus in Iudæa Deus; & in Israel magnū nomē eius. & factus est in palatio eius; & habitatio eius in Sion. Ibi confregit p̄. etias arcuū, scutuū gladiū & telum*. Hoc enim significat; quod quāuis Deus notus sit & venerationi habetur apud animas per Iudæam significatas, quæ humili suorum peccatorum confessione sese affligunt; & in lacrymis versantur: in illis tamen, quæ per Israel significantur, & quiete gaudent, quæ ex victoriā hostium suorum sunt assequuta: non solū notus est, sed etiam magnificatus, & vehemēter exaltatus: delectatur enim habitare in eis, quæ strenuē pugnarunt, & ipsius gratia hostiū arma confregerunt; & victoriā, ac pacem, quæ eius est fructus, obtulerunt.

nuerunt.

nerunt. Et quãuis n̄ Dominus diligit tabernacula Iacob, super omnia tamen illa
(vt idem David ait) diligit portas Sion. Hoc est licet valde diligit luctatores &
pugnaces, continuè gerentes bellum cum passionibus: multò tamen ampli-
us eas diligit, quã suas passiones iam vicerunt, & optata fruuntur pace.

Ex quo fit, vt perfectior gratioꝛque sit Deo Castitas pacifica, quã con-
tinentia pugna: quando scilicet pax in legitima pugna est obtenta. Quod
Sanctus Thomas approbat ac declarat dicens: non semper esse melius, quod
est difficilius, & maiorem adfert dolorem; nec semper esse minus bonum,
quod suauius est, ac facilius: sed respiciendam potius esse originẽ, & causam,
vnde id prouenit. Quod si causa sit naturalis, aut merè exterior: facilitas ex
ea orta imminuit meritum, quare cõplexione frigidus; & ipsa natura horrẽs
eius: odi voluptates; & vbi nō ad sunt earũ occasiones: minus meretur quòd
sit continens; quã qui valde calida est cõplexione; & ad huiusmodi volupta-
tes propensa; & vbi sunt eis potiendi occasiones: quibus tamen omnibus i-
pse resistit, vt castus euadat. Quod si omnium horũ causa sit spiritualis, pia, &
laude digna: facilitas ex eo proueniens auget meritũ. Quare qui magno spi-
ritus feruore, aut Charitatis magnitudine, aut insigni fortitudine (quã in pu-
gnando adhibuit, sibiq; vim intulit) eò deuenit, vt non sentiat difficultatẽ in
actionibus virtutis; sed potiùs dulcedine quadã afficiatur, magna; pace, ac
tranquillitate in castitate potiatur: multò ampliùs meretur, Deo quẽ placet,
quã qui magnas sentit repugnantias ob ignauiam suã in pugnando cõtra
eas. Neque par fuisse, feruentem, ob suauitatem, quam ubi tanquam sui la-
boris præmium comparauit, aliquam iacturam facere; neq; obtenta victo-
ria causa debet esse, cur lucrum imminuatur, sed potiùs, vt augeatur.

§. 2. Facile esse Deo, luxuriosos ac tentatos in castos, & tranquillos ac pacificos
commutare.

Q V A M V I S vera sint quæ diximus: non desunt tamen multi, non solum in-
ter gentiles & hæreticos, sed etiã Christianos, adeò vitio luxuriæ dediti,
& qui toties propriarum concupiscentiarũ flammis vrantur, vt impossibile
sibi iudicent, diu consistere, quin hoc igne comburantur, & in aliquod gra-
ue peccatũ labantur. Alij etiã sunt, nec pauci adeo his tẽtationibus vexati, vt
non possint sibi persuadere, si posse eò peruenire, vt ab eis liberentur, & ca-
stitate pacifica, & Angelica puritate potiantur. Et quãuis ad vtrosq; conuin-
cendos sufficiebant, quæ diximus, de omnipotẽtia Dei: cui (vt S. Bernard. pa-
truo suo valde incredulo dixit) facillimũ est facere quod hominib. est diffi-
cillimũ credere; tamẽ vt omnino sese victos dedãt, vtilissimã quandã doctri-
nã hic ponemus à Cassiano insinuatã, præmittẽdo: de possibilitate, & excel-
lentia virtutũ non debere vitiosos & imperfectos homines iudiciũ ferre ex
eo, qd ipsi in se ipsis experiũtur; aut quod p̄priũ iudiciũ ex ratiocinationib.

n Psal. 86, 2

Castitas
pacifica Deo
gratissima.
2. 2. q. 155.
art. 4. ad 2.

Coll. 12. c. 8.
Imperfecti
homines
de v. rati-
bus iudiciũ
non ferant.

pro-

*Perfecto-
rum iudicio
standum.*

proprie imbecillitati in nitentibus dicat; sed ex eo, quod perfecti & experientia quorum iudicio merito subijcere se debent, cum audiunt; possibile & facile esse, quod ipsi impossibile, aut difficillimum reputabant. Cuiusmodi multa sunt exempla in ipsa natura. si enim rustico alicui diceretur: variis etis mutationibus, ex quadam herba fieri linum adum, & ex rudioris tritici frustulis chartam confici subtilem; & ex quadam massa terrea splendidi vitrum, si nihil huiusmodi prius audiuisset, & proprio tantum iudicio videretur diceret hæc omnia esse impossibilia, & quasi deliria: sed si multi viri grati ei dicerent: se proprijs oculis talia fieri vidisse, non posset is fidem non habere: alioquin inurbanus, & stultus iudicaretur. Quod si ad locum illud duceretur, in quo illa fiunt; proprijsque oculis ea videret: ex vna parte stupesceret, videns aded extraordinarias mutationes posse ab arte fieri: altera autem parte propriam ignorantiam incusaret, ac disceret similia posterum credere. Hunc igitur, in modum rudes in schola virtutum crederent merito debent, diu is: eisdem versatis & exercitatis: cum ex propria experientia testantur: non esse vllum hominem aded carnalem & lasciuum, qui non possit fieri castus; neque vllum aded tentatum, & oppugnatum, qui possit ad quietem & pacem peruenire. Nam, si ex quadam terrea massa potest ars vel ex vnico statu conficere vas vitreum aded pulchrum & purum: quanto facilius diuina omnipotentia poterit diuini sui spiritus habitu, & inspirationis efficacitate carnalem hominem in spiritualem, & terrenum in celestem commutare; & Angelicam castitatem, non habenti communicare. Ista oculis Religiosorum monasteria: inter quos, multos inuenies castissimos, quos gratia diuina per totam vitam à culpa graui præseruat, etiamsi graui sustineant pugnam; & alios multos, qui fruuntur iam suæ victoriæ pacem, & maiori multo animi letitia, quod sensuales voluptates repellant, ac reijciunt, quàm homines sæculares habere possint in eisdem procurandis.

Li. 3. Confess. s. u.

EST O memor, quid euenerit S. Augustino dubitanti, an posset seruare castitatem: cui Dominus noster illam ostendit serenam, & non dissolutam, & laudem, quæ honestè (inquit) blandiebatur, vt vehirem, neque dubitare extendens ad me suscipiendum, & amplectendum pijs manus plenas gregibus bonorum exemplorum. Ibi tot pueri, & puella; ibi iuuentus multa, & omnis ætas, & graues viduæ, & virgines anus; & in omnibus ipsa continentia nequaquam sterilis, sed fecunda mater filiorum gaudiorum de marito Domine. Et irridebat me iussione ex hortatoria, quasi diceret: tu non poteris quod isti & istæ! An vero isti, & istæ in semetipsis possunt ac non in Domino Deo suo? Domine Deus eorum me dedit eis. Quid in te stas, & non stas? projice te securus in eum, noli metuere: non se subtrahet, vt cadas. Projice te securus, excipiet te, & sanabit te. Accipe, inquam, hoc consilium, sicut

illud accepit S. Augustinus, & virile concipe propositū, magno feruore incipiendi pugnare contra tuas tentationes, confidens in Dei Omnipotentia, quæ ad eam te pugnam inuitat, ad maiorem ipsius gloriam. & forte experientis mox cordis tui mutationem, quemadmodum dixit S. Dauid, intra se ipsū; a nōo capi: seruire scilicet Deo. Et statim ita mutatu se sensit, vt adiecerit: *hæc mutatio dextera excelsi; & ob similes mutationes quas in se experiebat, exclamauit alia vice dicens: b: mirabilia sunt opera tua, & anima mea cognoscit nimis. Quis (ait Cassianus) in se opera Domini non miretur, cū insatiabilem ventris ingluuiem, & sumptuosam gulæ perniciosamq; luxuriam, ita in se viderit fuisse compressam, vt vix ipsum exiguū ac vilissimum cibum ratio, inuitusq; percipiat? Quis nō obstupescat opera Dei, qui illū ignem libidinis, quem naturalem antea, & velut inextinguibilem esse credebat, ita refriguisse præfenserit, vt ne simplici quidem se corporis motu sentiat incitari? Quomodo non virtutem Domini contremiscat, quisque, cum homines quondam diros, atque truculentos, qui ad fumū iracundiæ furorem etiā blandissimis subditorū irritabantur obsequijs, ad tantā transisse viderit lenitatem, vt non solū nullis iā commoueantur iniurijs, sed etiā, cū illatæ fuerint, summa magnanimitate congaudeant? Quis plane non miretur opera Dei ac toto proclamer affectu, c quia ego cognoui, quod magnus est Dominus, cū vel se, vel alium quempiā ex rapacissimo liberali; ex prodigo, continentem; ex superbo, humili; ex delicato ac tenero, squalidū hirsutumq; perspexerit; & egestatē atq; angustia præsentiu rerū etiā voluntariē perferentē? Ista sunt profecto, mira opera Dei, quæ peculiariter animæ Prophetæ similitudine eius mirificæ contēplationis intuitu stupefacta cognoscit. Ista sunt prodigia, quæ posuit super terrā: quæ idē Prophetæ considerans ad admirationē eorum cunctos populos aduocat, dicens: *d Venite & videte oppræ Dei, quæ posuit prodigia super terrā, auferens bellā vsq; ad finē terræ, arcem conteret, & confringet arma, & scia cōburet ignis. Quod. n. maius potest esse prodigiū, quam sub momento breuissimo: ex rapacissimis publicanis, Apostolos fieri; ex persecutoribus truculentis, prædicatores Euangelij patientissimos reddi: ita vt eā, quæ perlequebantur fidem, etiā effusione sui sanguinis propagarent? Ista sunt opera Dei, quæ se quotidie vnā cū Patre operari filius protestatur, dicens: *e Patet meus vsq; hodie operatur, & ego operor. De istis operibus Dei beatus Dauid in spiritu canēs: f Benediclus, inquit Dominus, Deus Israel, qui facit mirabilia magna solu. De istis & Amos Prophetæ: g Qui facit, inquit, omnia, & conuertit ea, & transmutat in matutinā vmbra mortis. Hæc omnia Cassianus, aut Abbas potius Cheremon, cuius illa est de Castitate collatio, qui de mirabilibus hisce mutationibus loquebatur tanquā expertus in se & in alijs: Tunc enim erant***

a Psa. 76. 11.

b Psa. 138. 14.
Coll. 12. c. 12

c Psa. 134. 3

d Psa. 459.
In momento
Deus hominem
conuertit.

e Ioan. 5. 17

f Psa. 71. 18.
g Amos. 5. 8
Iuxta Lxx.

Cap. 15.

h Ecc. 11. 73.
1 Tob. 14. 14.

*Castitas
sensim ob-
tinetur.
Li. 1. de Vir-
ginitate ad
Sororem.
Apes sym-
bolum vir-
ginitatis
sunt.*

k Cant. 2. 11.

Li. 3. de Vir.

ad eod frequentes, vt ipse dixerit: lex mensibus obtineri posse perfectam C-
stitem a Deo, qui eius ibi tradita documenta seruare. Sed non est, cur De-
tempus prescribamus, sed quisq; faciens suas diligentias, perfectam mutua-
nem exspectet, quando Deo ita placebit. Nam h facile (inquit Ecclesiastica
est in oculis Dei subito honestare pauperem. Quod si moram fecerit, non est
pugna discedendum, sed cum Sancto Iob dicendum: i *Cunctis diebus, quos
nunc milito exspecto, donec veniat immutatio mea.*

Cum igitur de lege ordinaria perfecta Castitas sensim obtineatur at-
de, qua ratione, & modo sancti sunt illam consequuti. Quod si eorum ex-
vltus fueris, faciens quod illi fecerunt, obtinebis puritatem, quam illi sunt
secuti. Canditati Castitatis, similes esse debent apibus, de quibus S. Ambro-
sius ait, quod sint symbolum Virginitatis. Nam rore, inquit, pascitur ap-
nescit concubitus, mella componit &c. sic ergo spiritu volandum tibi est
fragrantes sanctorum ac sanctorum flores, qui in hac virtute resplendent
& aspiciendum in singulis, quid fecerint ad eam conseruandam; illud quod
ipsi colligendum tanquam celestem rorem, quo tuas cupiditates mortifices; tu
cor sanctis affectibus dulciores, Attende, quid S. Benedictus fecerit, quod
Franciscus, S. Thomas Aquinas, S. Agnes S. Lucia, & alia clarissima Vir-
nes, ac sancta: quorum gesta, & supra retulimus, & in posterum referemus.
Præ omnibus autem aspiciendus est flos excellentissimus sanctissimæ Virgini-
Dominæ nostræ, summaque opinio & æstimatio eius de ipsa virginitate. Sed
multo amplius ipsemet Dominus, qui se ipsum appellat, *k florē campi, & h
consualitū*: & perpendes singula verba, quæ in huius virtutis commendatione
dixit. Accipe igitur o virga (ait S. Ambrosius) alas quasi apibus, non corpori
sed spiritus: vt supra vitia carnisque, passiones auoles; eoque pertinias, vt Cas-
sto coniungaris, qui habitat in excelsis, & humilia respicit, cuius pulchritudo
est tanquam cedrus montis Libani; & tantæ celsitatis, vt eum radices iaciat in te-
ræ culmine ipso pertingit ac cælum. Inuenies etiã huc florē in profundis humi-
litas vallibus: si cum cordis humilitate illum qua fueris; & in hortis concludit
recollektionis, & continentia: si te exercueris in oratione & mortificatione
tuorum desideriorum. Attende, quod Apis ore suo colligat mel, & eodem ore sua
componat: verba, n. virginis pura esse debet sincera, graua, & modestè com-
posita: cuius operum fructus alieni omnino esse debet ab omni amaritudine
pleni verò omni dulcedine: vt sint multis vtilis; siquidē nō tibi soli in bot-
bis, sed in comune multorum boni. Hæc S. Ambrosius, qui in alio loco ad-
dit, quod quædam pedibus apprehendunt, qui sunt illis tanquam saburra, ut
à tempestate huc illucque pellantur: ita ne castitas tua à retentionum ventis per-
riclitetur, saburrare te oportet cognitione eius, quod ex te ipso habes: cō-
derata, vt dictum est, tua inbecillitate & mutabilitate; arripiendo pedibus

tuorum affectum lapidē viam Christam D. N. cuius virtute fortitudinem induent & constantiam in castitate, quam ad eius gloriam intendis.

CONFIRMEMVS prædictā admirabili quodam casu, qui euenit S. Bernardo cum quodam Gallo Nobili ad eodē luxuriæ vitio dedito, vt ne vel vnicum diē cōtinere se posset. cumq; omnibus, quas eadē sanctus adferebat rationibus, respōderet: se non posse. Tandē die quadam sanctus dixit ei: Si nō vis facere pacem cum Deo, saltem treugas trium dierum facias, tanto tēpore à tuo peccato pro Dei amore abstinendo. Quod ipse annuit, & cōpleuit. Quibus cōpletis ait ad eum iterū Sanctus: alijs tribus diebus iterum abstine, pro amore B. Mariæ, quod & fecit. Et hoc facto dixit ei sanctus tertio: Alijs tribus diebus abstine, pro amore omnium Sanctorū quibus cōtinenter transfuris, venit ille ad sanctum, dicens: Nolo tantummodo treugam cū Deo facere, sed & pacem perennem. Cōuersus igitur ex toto corde ad Deum, reliquum vitæ suæ tēpus benē & castē peregit. Ex quo apparet non debere te fiduciam abijcere vincendi prauam tuam consuetudinem etiam inueteratam, valdeque radicatam, Si enim feceris, quod in te est; etiamsi modicum illud sit: omnipotentia Dei commutabit cor tuum, euellet prauam consuetudinem, pacemque tribuet perpetuam cum insigni victoria.

CAPVT IX.

PRVDENTIA IN DIGNOSCENDIS VINCENDISQUE occultis tentationibus contra castitatem; & cautela in agendo cum viris & feminis; & in moderandis affectibus.

VAMVS in omnibus animæ negotijs tractandis debeant Christiani (iuxta monitum Saluatoris) esse a prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columba, sicut in præcedenti tomo est explicatū: in procuranda tamen castitate idem monitum est maioris momenti: anima enim casta, & pura ac simplex sicut columba, nisi prudentiam simul & astutiam habeat serpētis, facillē decipietur ab ipso serpēte infernali: qui etsi in tentationibus omnis generis vitiorum, & contra omnes virtutes valde sit astutus; in ijs tamē, quibus oppugnat castitatē est astutissimus, mille enim artibus & laruis tegit luxuriæ fœditatem, vt Castitas insensibiliter, & imperceptibiliter laedatur ac destruat. Quamobrē Apostolus, cum Corinthijs dixisset: b. Respondi vos vni viro Virgine castā exhibere Christo: statim subiecit verba, quæ superius retulimus: Timeo autem, ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri, & excuant a simplicitate, quæ est in Christo. Atque si dixisset: ne existimetis, vos omnino esse leucos, ob sponsalia inter animas vestras & Christum celebrata: Sathanas enim, qui Euam in paradiso seduxit, facillē poterit vos etiam Virgines, & in Ecclesiæ paradiso existentes, decipere. Nam sicut tunc loquutus est,

S. Bernardus
in speculo
magno exē-
plo, verbo
consuetudo:
exemplo. 4.

2. Mar. 10, 16
Tract. 3. 6. 7

Prudentia
serpentum
necessaria
castis.

Cap. 7.
2. Cor. 11. 2

Demon lo-
quitur per
ora muli-
erum.
apo. 2. 9

Sensus mo-
ralis.

Fumus for-
nacia in A-
po. 2. 9
tunc intelle-
ctus.

per os vnius serpentis: ita nunc loquitur per ora virorum & mulierum le-
pentinariū, & carnaliū, vt simplicibus imponat. Cos p̄uocans ad prona
desideria explenda. Et hoc est quod S. Ioannes insinuauit, cū dixit: ita timē
que puteus Abyssi apertus fuit, & ascēdit fumus putei, sicut fumus fornacis. *Et*
obscuratus est Sol, & aēr de fumo putei: & de fumo putei exierūt locustae in terram.
Et super capita earum tanquam corona similes auro: & facies earum tanquā
hominum, Et habebant capillos sicut capillos mulierum, & dentes earum sicut den-
tes leonum erant. Et habebant caudas similes scorpionum. Et quis hic fumus for-
naciae est, nisi intellectus cæcitas, quæ luxuriæ ignem comitatur; sed dicitur
quæ homines vt, proprium damnum non aduertentes, decipiantur? Hoc
ciunt carnis concupiscentiæ, per locustas significatæ: quarum esca & nutrimentum
est viride terræ fœnum; carnis scilicet voluptates. Et interdum
melius decipiant, accipiunt facies hominis, adferentes rationes apparentes
interdum verò capillos induunt mulierum, blanditias scilicet, ac dolores
fœminarum; interdum etiam ostendunt dentes leonum, vt metum, ac terrorem
incutiant, nisi ipsorum voris detur assensus: ac denique occulte
furtim cauda fertunt tanquam scorpiones, effundentes venena. cum
homo minimè attendit. Et hac ratione innumeras obtinent victorias; quæ
per coronas similes auro, quas in capitibus gestant, significantur.

S. I.

a Pro. 7. 6.
Mulier in-
honesti.

SI CVPIS quendam ex his locustis valde ad viuum depictam cernere: tu
quid Salomon dicat de inhonesta, quadam muliere. *a De fenestra, in qua*
domus mea per cancellos prospexi, & vidi oculis fidei, quomodo illa vecordis
iuuenem deciperet. Occurrit n. illi mulier ornata meretricio, preparata ad capi-
endas animas, & apprehensam deosculatur iuuenē, & procaci vultu blanditur, inque
promittēs delicias & voluptates, eum q; ab incōmodis, que imminere libere
timere poterat, securum faciens valde, piā ac religiosam sese ostendēs, ac ob-
secus: victimas pro tua salute vni, & hodie reddidi vota mea: idcirco egressa sum
occursum tuū, desiderans te videre. Actalia deniq; ei dixit, vt irretueris eū ma-
tis sermōibus, & blanditiis labiorū pertraxerit illū, Et statim miser eam sequitur
quasi bos ductus ad victimā, & quasi agnus lasciuens, & ignorans quod ad vitium
stultus trahatur, donec transigat sagitta securi eius, velut si anis festinet ad laqueum
& nescit, quoniam de periculo animæ eius agitur. Hoc dixit Salomon, admirabili
ornans artificio vecordis illius iuuenis deceptionem. Nam primum eum
confert cum boue, qui ducitur ad victimam tardo gressu, quasi prævidens
se prætextu futuri sacrificij, duci ad macellum: & simul confert illi cum
agno lasciuente, exillente, & currente cum multis lætitiæ indicijs, qui tamen
ad idem macellū festinat. Ac denique dicit esse tanquam anem quæ volando
festinat, vt escā accipiat; & capitur laqueo à venatore, qui illū præparauerat.

vt ipsam

ut ipsam capiens occidat, ea que postea nutriatur. Eosdē igitur gressus tenent
 mileri homines, quos decipit luxuria. Nam initio bouino sequuntur gressu,
 interdum sed raro in peccatum cadentes; & occasionem, specie quadam bo-
 na & sancta querentes. Cum que deceptionem suam deprehendant, adhuc
 remanet affectus ad voluptatem: ad quam percipiendam magis quam antea
 festinant, quamuis conscientia remoritur non desint, illos retrahentes: sed
 tandem festinant & volant absque difficultate, & potius cum magno deside-
 rio escam illam sumendi sensualiū deliciarum, in quibus inferni venator la-
 tentem posuit laqueum incorigibilitatis, quo illos omnino capit, ac deuo-
 rat. Et maledicta locusta, quæ prius hominis faciē, & mulieris capillos osten-
 derat, finem imponit induens caudam scorpionis: quæ suo veneno occidit
 absq; vilo remedio. Tantamq; edit stragem, vt Salomon addat: *b fortissimos*
quosq; interfectos ab ea, scilicet luxuria. Tanta enim est astutia eius ac feritas, vt
 nisi lux & sanor cœlestis adsit illā reprimens: non sit sapientia vlla humana,
 quam ipsa non decipiat; neq; fortitudo, quam non vincat; neque sanctitas,
 quam non projiciat in terram. Quis sapientior ipso Salomone hanc parabo-
 lam proponēte; & quis Sambone fortior? aut quis sanctior Dauide, suo tē-
 pore? hos autem tres (ait S. Hieronymus) prostrauit luxuria: vt lapsus viro-
 rum adeo insignium in scientia, fortitudine, & sanctitate, admonitio sit reli-
 quorum, vt periculū fugiant: nisi cum tanto suo incommodo perire velint.

Quod si huiusmodi viros aperta facie aggressa ita prostrauit: quam stra-
 gem edet si tecto vultu, & quasi latuato ne agnoscat, aliquos inuadat? ma-
 ledictus enim e *Leuitico* cum de hoc vitio tentat & aggreditur aliquos ex
 electionibus, qui sunt *deus eius electus*, vultum suum aliqua ex quatuor lar-
 nis tegere solet, vt familiaritatem virorum & feminarum faciat, in qua su-
 os laqueos occultet. *Prima* est titulus & pretextus religionis, quo impellit ad
 familiariter agendum cum personis, quæ præferunt sanctitatem: siue id fiat
 in carum, siue in nostram vilitatē: nam illis non attendentibus, spiritualem
 amorem conuertit in carnalem: ita vt e *qui spiritu inceperunt, carne consumantur.*
Secunda larva est pretextus & titulus necessitatis aut pietatis: fingit enim
 obligationes rerum piarum & vrgentium: vt ex conuersatione necessaria
 transeat ad prophanam; & pallio necessitatis tegatur carnalitas. *Tertia* est
 titulus cognationis: persuadet enim non subesse periculum, vbi ipsa natura o-
 stium occlusit vitio: & cognatio adeo propinqua remouet suspicionem, pu-
 gnantemque efficit securam. *Quarta* est, qua fingit falsam securitatem, quasi ob
 senectutem aut longam castitatis experientiam, aut ob generis nobilitatē, & of-
 ficii autoritatem non sit periculum lapsus in luxuriam; aut ob similes alias
 causas quæ tanquam ymbra quedam sunt apparentis virtutis, quæ ymbra
 suffulciunt astuti Behemoth: de quo dicitur: *sub umbra dormit in secreto ca-*

Luxuria
fortissimos
enecat.
b Pra. 7. 26.

Prostratis
sapientissi-
mos & for-
tissimos.

In Regulis
Monach. c.
de Castitate.
Plurimos
occulte
prostratis.
c Iob 3. 8.
d Hab. 1. 16.
Quatuor
larua luxu-
ria.

1.
Pretextus
religionis.
c Galat. 3. 3.

2.
Pretextus
necessitatis.

3.
Titulus co-
gnationis.

4.
Falsa secu-
ritatis ima-
ginatio.

lami, & in locis humentibus: requiescit enim in animabus deliciosis, & sensibus delitijs deditis: quas umbris tegit virtutum simulatorum; eas que spoliis vero lumine, quo fuissent amplius manifestanda.

Ad HÆC omnia incommoda præuenienda, nullum aliud medium sapiens efficacius adinuenit, quàm associari sibi diuinam sapientiam, & non quam à latere suo repellere veram prudentiam, *g sed sapientia dicere: mea es: & prudentiam vocare amicam fidelissimam.* Hæc est quæ laruam repellit uet Leuiatham, ut eius fœditas appareat. Hæc Behemoth umbras illustrat quibus cautissimè fugit. Hæc viros sanctos efficit *h prudentes sicut serpentes:* æquè astuti sunt ad fraudes dæmonum detegendas: atque ipsi sunt ad obtrudendas, iuxta illud Dauidis: *i super inimicos meos prudentem me fecisti: custodiam mandata tua.* statim autem ac tales fraudes deprehendunt: eas fugiunt non passu bouino, nec saltationibus agnorum, aut ceruorum: sed celeritate plus quam auium. *k Eorum enim oculi sunt quasi columbarum super riuos aquarum,* diuinarum scilicet Scripturarum: in quibus umbras vident animarum rapacium, à quibus celerrimè fugiunt; nam in hoc genere vitiorum, fugere est vincere: quod insinuauit S. Apostolus, dicens: *l fugite fornicationem.* Hæc cœlesti prudentia ostia sunt documenta illa & consilia saluberrima, quæ sancti sunt amplexi ad suam conseruandam castitatem: quæ & scripta conseruauerunt ad nostram instructionem. Quorum hic summam quandam facimus pro ijs, qui perfectiùs eam colunt, siue tæculares, siue Ecclesiastici, & Religiosi: ut quisque illud sibi sumat, quod iuxta suum statum ad se spectabile.

§. 2.

P R I M V M documentum est, non habitare in eadem domo cum femina, cum qua sit occasio aliquid contra honestatem admittendi, quocumque existente titulo ex prætextu ex quatuor prædictis. Memento (ait Hieronymus) quòd vna femina ex paradiso expulerit eum, quem Deus in ipso collocauerat: quare meritò timeas: si tali sociæ incautè cohabitares, ne tibi sit occasio discedendi ex paradiso Religionis, & ipsius Ecclesiæ ac proinde gloriæ paradisi amittendi. Quamobrè seuerò sancti Gregorij Papa decretò prohibitum est Sacerdotibus, cum feminis habitare, nisi cum ijs, quas antiqui Nicæni concilij Canones permittunt: quales sunt mater, amita, germana soror. cum quibus nec malæ suspiciones, nec temptationum pericula esse possunt. Melius tamen, inquit, facient, si etiam à talibus se cohabitatione contineant. Nam legitur, quod beatus Augustinus nec cum sorore habitare consensit, dicens: quæ cum sorore mea sunt, sorores meæ non sunt. Docti ergo viri cautela, magna nobis debet esse instructio. Nam incauta præsumptionis est, quod fortis pauet, minus validum non timere. Sapienter enim illicita superat, qui didicerit etiam non vti concessis. Et de

quodam

g Pro. 7. 4.
Diuina sapientia medium contra has laruas.

h Mar. 10. 16
i Ps. 118. 94.

k Can. 5. 12

Hoc vitium fugere vincere est.

l 1. Cor. 6. 18

1.
Non cohabitandum femina.
In Reg. c. de Castitate.

c. oportet. d. 81.

S. Greg prohibuit, clericis cohabitationem seminarum.

Lib. 7. ep. 39

refertur c.

Legitur. d.

82.

quod a alio sancto viro scribitur, quod à proprijs fororibus cibum per quamdam rotã accipiens; dicere solet: quod quemadmodum id facere poterat, illas nõ videns: ita se libentiùs habiturũ, si neq; audiret. Et conciliũ Moguntinum idem consiliũ amplectitur, & approbat; qui inquit, instigante Diabolo, & in illis scelus perpetratum reperitur; aut etiã in pedissequis earundẽ. Quis tutus erit, qui attendet, filias Loth proprium in parentem inebriasse, ut cũ ipsis dormiret: sub eo prætextu, quod nullus virorum remansisset in terra, postquã Sodoma, Gomorra, & vniversa terra regionis illius subuersa fuerat, ac propterea nullum superesse mediũ, ad generis humani propagationẽ, nisi ut proprius patens ebrius cum ipsis dormiret? Thamar nurus Iudæ socerũ suam decept. ut secum coiret: Ammon decept, & n vi oppressit sororem suam Thamar. o Filii Heli Summi Sacerdotis, etiam si & ipsi Sacerdotes essent, dormiebant cum pauperculis mulieribus, quæ ex deuotione obseruabant ad ostium tabernaculi. Deniq; quemadmodũ non est tutum in eadẽ spelunca cum scorpionibus & basiliscis habitare: quia vel nunc, vel postea citò aut tardẽ veneno suo inficiunt & occidunt prope se manentes: ita ait S. Hieronymus nõ est tutũ in eadẽ domo cum suspectis mulieribus habitare: quarũ oculi sunt quasi Basilisci, qui dũ vident, aut etiam videntur, occidunt: quarum labia mel distillant, aspidum veneno cõmixtum; quarum manus tanquam scorpionum sunt, qui statim atq; tangunt corpus, illud pungunt; cor verò veneno inficiunt. Quare maius prodigiũ est, cum illis absq; culpa habitare: quam cũ serpentibus absque læsione. Nec sufficient vlla sanctitatis præseruatiua, vbi cõtina est cum illis communicatio, & familiaritas. Quemadmodum euenit cuidam sancto Episcopo, qui vocabatur Andreas, de quo sanctus Gregorius refert: quod haberet in domo sua sanctimoniam quandam fæminam, persuadens sibi, nullum imminere periculum ob diurnam, valdequẽ probatam virtutis castitatem. Sed breui, imminere periculum deprehendisset eius amittendã; nisi Deus suã misericordia ipsũ monuisset. Quod statim atque aduersit, illam ex domo sua cum reliquis dimisit: hoc suo exemplo nos monens; maioris esse prudentiæ, occasionem fugere: quã cum spe victoria, eam admittere. Primum enim est facile: secundum valde difficile: qui autem tantum animi & virum non habet, ut vincat quod minus est: quomodo habebit ad vincendum quod est maius? cũ igitur periculum aliquod apparet, amplectendum est ipsius Saluatoris documentum dicentis: p si oculus tuus, manus, aut pes scandalizat te, abscinde eum & proiice abs te: bonum enim tibi est ad vitam ingredi, absque aliquo horum quã illis retentis, mitti in ignem æternum. volens apertẽ dicere: si pater tuus, mater, soror, aut quæuis alia persona tibi aded chara atque est lumen oculorum; aut si famulus, ancilla: amicus, aut alia persona tibi tam necessaria, atque sui

pedes

c. Inhiben
dũ de coha-
bit. Cler. &
mul ierum.
cc
m Ge. 19. 33

n Ge. 38. 10.
n 2. Reg. 13.
14.
o 1. Re 2. 22
Cum (cor-
pionibus
non est tu-
tum habi-
tare.
Oculi muli-
eri sunt
quasi basi-
lisci.

Lib. 3. Dial.
c. 7.

Prudentia
est occasio-
nem fugere.

p Mat. 18 8

pedes & manus; tibi fuerit occasione impingendi contra Castitatem. Illas aut à te remoue: præstat enim ad cælum peruenire solum, quam ad infernum descendere tam male comitatum.

2.
Nec sunt
visitanda
famina seu
specta.
Lib. 1. Offi
cio c. 20.

”

”

”

Mulierum
temporis
consumitur
in visitatio
nibus.

”

”

e Hospitali
d. 32.

”

De Constit.
Monast. c. 4.

”

Sine neces
sitate mulie
res non
sunt aduen
da

”

q Dan. 13 21

3
lo prae
sentum men
dam cum
sola femina

SECUNDVM documentum est, non visitare faminas suspectas, nec mittere, se, quo ad fieri poterit, ab iisdem visitari: (idem autem intelligit ipfis faminis respectu virorum) nam æquè noxium est frequenter illas visitare, atque cum eisdem habitare. Hoc suadet S. Ambrosius omnibus Ecclesiasticis, & continentiae cultoribus, multis rationibus: quarum præcipua est, ne in peccata labantur; imò etiam, ne occasio præbeatur murmurum, & suspicionibus: quæ bonum ipsorum nomen deformat. O quæ inquit, non dederunt locum errori, & dederunt suspicioni! nam si alibi imbecillitas huiusmodi faminis eueniat, facile suspicio cadet in eas frequenter visitantem, etiam illius culpæ innocentem. Tertio eò quòd, ut plurimum, consumatur multum temporis in huiusmodi visitationibus, quod subtrahitur orationi, lectioni, & studijs. Cur (inquit idem sanctus) tempus quod tibi super est, non expendes in lectione & Oratione? cur non visitas Christum? cur non cum eo colloqueris? cur non ipsum audis? siquidem cum eo loqueris, cum oras: & eundem audis, cum res divinas legis. Ad hæc, non decet huiusmodi frequentiam visitationum, opinionem aliquam, & auctoritatem ex hoc tuo exemplo acquirere: ut alij in eisdem sint liberiores. Hoc confirmat S. Hieronymus, cuius sententia refertur in Decreto: hospitium tuum, inquit, aut raro, aut nunquam mulierum pedes terant: quia non potest toto corde cū Deo habitare, qui faminarum accessibus copulatur. Nuncup de mulierum formis disputes, Faminæ nomen tuum nesciant. Faminam quam bene videris conuersantem, mente dilige: non corporali frequentia.

IDEM consilium præbet S. Basilius suis religiosis, & quidem adhuc aliter severius. Fugienda, inquit, imprimis cum mulieribus nobis congressiones sunt, collocaionesque; neque ad eas vnquam accedendum, nisi cum gravissima aliqua ad eas necessitas impellat, & aliter facere non possimus. Atque ipsa etiam vbi nos necessitas adegerit, quam ocissimè, sine mora ipsi extricemus. Idem sæculares viri etiam senes & valde alioquin graues facere merito debent. Et faminae valde honestæ exemplum accipientes duobus illis senibus populi Israël iudicibus qui quòd frequentaret domum Ioakim; ibique viderent sanctam eius uxorem q Susannam, eius carnali amore exalterunt, & omni pudore deposito, ad turpitudinem sollicitarunt.

TERTIVM documentum est, ut nullo prætextu, & nulla occasione, illa valde esset violenta, nec euitari posset, solus cum sola maneat; nec necesse coram testibus eam alloquatur, qui nimium ipsos videant; etiamsi verba non audiant, cum de ijs agetur, quæ occulta esse oportet. Id severissimè

serpbat

seruabat S. Augustinus, vt refert Posidonius in eius vita. Et idem S. Ambrosius suadebat, dicens in necessarijs & urgentibus fæminarum visitationibus semper iuniores habeant adiunctos socios seniores. Et in septima Synodo generali hoc seuerissimè cautum est omnibus Clericis: Certè, inquit, solum ad solam accedere nulla Religionis ratio permittit. Melius est enim, duos esse simul, quàm vnum. Simul enim & fidelius, & tutius res geritur. Vt enim vni, quia si ceciderit, non est qui erigat eum. Et in octaua Synodo idem est constitutum Religiosis, cum necessitas vrgeret aliquam fæminam etiã religiosam visitare. Vult enim in eo casu colloquiũ Monachi cũ Monacha fieri præsentia Abbatis: aut alterius vetulæ monachæ, & breui ab ea discedere. Et vniuersim in omnibus Religionibus obseruantibus & Zelantibus est receptũ, vt nullus Religiosus ad domos fæminarũ eat solus. Nam (vt ait S. Thomas) religiosus solus est dæmoniũ solitariũ: eò quòd non habens custodem Angelum visibilem, qui ipsum coerceat, & retrahat ab his quæ appetit, sibi ipsi est dæmon. Nam dæmon videns solum cum sola, statim accurrat tanquam tertius ad illos sollicitandos, ac denique illos prosternit. nam seminiũ cententur, qui absque necessitate in tale periculum se conijciunt: neq; arrogantes exultat exemplum Christi D. N. quòd cum muliere Samaritana solus loqueretur. Id enim fuit quasi occurfus quidam in medio campi, per quem multi transibant: & cum colloquium protraheretur, iussit ille, qui virum suum vocaret. Adeoque rarò id contingebat, vt venientes discipuli mirarentur quòd cum muliere loqueretur. Perpendite (ait S. Cyprianus:) quàm procul essent Apostoli ab huiusmodi colloquijs priuatim cum fæminis habendis: cum hic mirati fuerint, Magistrum suum cum ea colloquentem. Quamuis ob reuerentiam nullus illorum nec male de eo suspicatus est; neque ab eo quæsiuit, quid cum ea loqueretur. Est autem magnum testimonium insignis cautela, quã Christus D. N. in suis actionibus se gerebat: siquidẽ ipsimet eius inimici, qui eius actiones diligenter obseruabant ac de eius cibo & potu, & conuersatione cum publicanis & peccatoribus murmurabant: nunquam tamẽ vel minimum indicium talis calumniæ. Imò S. Epiphanius aduertit: Christũ D. N. cum post resurrectionem soli Mariæ Magdalene appareret; & illa ad eius pedes se proijciens, eos vellet osculari, tunc id nõ permisit: vt ostenderet, inquit, perfectam castitatẽ & sanctimoniam, dicit Mariæ: *noli me tangere*: quamuis postea cum reliquis eius sociabus apparuit, facultatem eis fecit *accedendi, & tenendi pedes eius & ipsum adorandi*.

Ex His *quartum* sumitur documentum, nec tangendi scilicet, nec permittendi se tangi ab aliqua fæmina etiã prætextu pietatis: præcipuè si soli sint: nisi ingentis necessitatis, & certæ securitatis casus occurreret. Nam vt

Tom. 3.

P

sanctus

cap. 26.
Vbi supra.c. in omnib.
d. 8. c. Cle
rici ex Cõci.
Africano &
Clericis ex
Lucio Papa
ibidem. 18. q.
2. c. Distin
ctus.Castillo lib.
3. Hist. c. 37.Sine neces
sitate agens
cum mulie
re semper vi
tiosus est.
q. Ioan. 4. 27Lib. de sing.
Clerico.

Hæres. 26.

1. Ioan. 20. 17.
1. Mat. 28. 9.4.
Non sunt
attingenda
mulieres &
contra.

Vbi supra c.
Hospitaliu
c. Pro. 6. 27.

Tactus mu
lieris est vo
lut tactus
ignis.
Lib. 4. Dial.
c. 11.
Refertur c.
Presbyter
d. 32.

Vna scintilla
sufficit ad
accendendam
stuppam.

Licet corpus
quasi mor
tuum da
mon tamen
vixit.

S.
rifican
da sunt af
fectiones er
ga mulieres.

sanctus Hieronymus disputat: si sanctus Apostolus dicit, *bonum est hominem mulierem non tangere*: malum igitur erit eam tangere, & ut certe periculobis Nam, vt Sapiens ait, *Sicut non potest homo abscondere ignem in sinu suo, ut stimenta illius non ardeant; aut ambulare super prunas, ut non comburantur pedes eius*: sic qui ingreditur ad mulierem proximi sui, non erit mundus, oem tetigerit. Talis enim tactus est quasi tactus ignis, qui solet cor inflammare, & comburere. Quamobrem viri sancti in hoc erant cautissimi. Qualis fuit magister ille vir Ursinus, de quo sanctus Gregorius refert, quod summam cautem adhibuerit, ne pateretur, se ab vlla femina tangi; & cum iam esset in agone, & femina, quæ illi ministrabat, aurem suam ad ægrotantis nares applicaret, vt deprehenderet an adhuc respiraret: Sanctus vir, vires, quas potentia debilitate sua exerebat, in feruore spiritus vocem extulit, dicens: *recte me mulier, adhuc igniculus viuitt: paleam tolle. Volens significare quod quemadmodum ignis stramen aut stuppam tanges, statim accenditur: ita cum femina tangitur, concupiscentiæ ignis accenditur: nec utosier putant sancti, eod quod ignis ob senium aut præsentem morbum valde mortificatus. Vel vna sic uidem scintilla, quæ super sit, sufficit, vt stuppam accendat magnamque excitet flammam. quem admodum euenit seni cuiusdam monacho, qui transiens per quoddam monasterium, incidit in morbum: autem monasterio grauis esset, contendit apud Abbatem, vt permittente ire ad domum piarum quarundam feminarum, quæ suam operam ad curationem offerebât. Resistenti autem Abbati ob periculum, quod eorum poterat, Monachus responderat: non esse, cur timeret; nam se iam habebat corpus mortuû. Cui Abbas replicauit: corpus tuum mortuum est; sed non est mortuus diabolus tentator, qui videns te in occasione positum, ingreditur ac prosternit: sicut re ipsa euenit, & animæ suæ iacturam fecit: nique vt appareat zelus Dei Domini nostri in hanc cautelam, dicam quod in vita S. Mariæ de Egnies refertur: quod colloquente ipsa cum viro quodam spirituali, ipse tetigit eius manum: ipsa autem ad eod colloquio immemora non aduertebat: sed Deus D. N. defectum illum suppleuit, & audita est vox de cælo: *noli me tangere*. quam cum illa non intelligeret, vt pote Lactantii sermonis ignara, quæ fuit ab ipso viro, quid ex illa sibi vellet: sed is vox intelligens, manum retraxit, factusque est cautus, ne vnquam amplius mulierem tangeret.*

§. 3.

VENIAMVS ad quintum documentum, quod medicamentum adhibet agridudinis radici, vigilans cura, summa diligentia, in reprimenda & mortificanda quacunque affectione in corde exurgente ad quamcunque personam, ex qua possit castitas periclitari, etiam si valde sit languens.

inuncta, & videatur sancta, valdeque illa nostro, aut nos eius auxilio, & ope-
ra indigere. Nam (vt ait S. Basilius) proxima & veluti contiguus ianuis sunt
quorundam vitia virtutibus. nam quaelibet virtutis ianua simillimam in vitia
ferentem vtrinque speciem aperit; vt qui ad virtutem ingredi nititur, eius
primum ianua aduersitens, dum hac se pulsare arbitratür, aperta sibi hinc aut
inde altera ex vitiorum ianuis: deceptus maxima similitudine, ingrediatur
veluti virtutis domum: cunctis eius errorem irridentibus, quod in tali ha-
bitet hospitio. Hoc modo valde sunt prope domus & ostia zeli, & iræ; libe-
ralitatis, & prodigalitatis, & similibus aliorum. Et huius generis, ait Sanctus
Basilius, esse spirituales amorem & sensuales; charitatem veram & falsam,
quæ est carnalitas. Et sæpè eueniet, aliquem existimare, se pulsare, & ingredi
domum veræ charitatis, dum amat consanguineam, aut cognatam, aut con-
fessarium bono & spiritali amore: cum reuera non ita sit. eò quod domum
sit ingressus falsæ charitatis, siue carnalitatis; quia eos amat amore sensuali,
& propter carnis voluptatem. Id quod intra breue tempus detegitur, erum-
pentibus aliquibus verbulis. leporibus, & tactibus; & rebus alijs valdè à ve-
ta charitate remotis. Sancta enim charitas (vt ipse ait) carnis non tangitur
vitijs & cætera; neque affectiones sensuales admisceri sibi patitur; neque
deceat, vt, nomen sequentes falsæ charitatis, dignitatem & meritum veræ a-
mittamus, & vt S. Hieronymus dixit, crebra munuscula, & dulces literas, &
ludariola, & prægustatos cibos sanctus amor non habet: hæc enim omnia
carnem sapiunt, & procul sunt ab amore casto.

Ex His S. Basilius infert prudentiam & zelum, quo amor cordis sit
dignoscendus ac moderandus, ne castitas periclitetur, prudenter, inquit, se
ipsam libret, pro merito singulis quod est sui iuris impartiens. Deum pro-
pter se ipsum sine termino aut limite diligat, sed Dei ministros non pro-
pter se ipsos, sed quod eam iuuent, vt Deo coniungatur, serioque ei seruiat.
Probas ac deuotas personas diligat (præcipuè si sint feminae) purè propter
Deum, & ipsi Deo, eo solo sine, vt obligationi suæ satisfaciens earum ani-
mas saluas faciat; Quodcumque exiguæ huius amoris puritatis erumpens
iudicium statim mortificans. Et intelligat: (ait idem Sanctus) vultum & vo-
cem mulieris esse instar Magnæ lapidis, qui ferrum ad se trahit, si sit in
certa distantia. Et quamuis valde sis senex & sanctus, tibi que videaris instar
ferri insensibilis. ne tamen tibi ipsi fidas, neque affectu prope accedas ad fe-
minam: trahet enim te magnes, sibi que; faciet adhærere amore sensuali. De quo
dixit S. Hier. inter illecebras voluptatū etiam ferreas mentes libido domat.

Sed ad hanc sensualem amorem moderandum ac frænandum nullum
est efficacius medium verò ac feruenti Dei amore, cuius rationem præclare
adfert S. Hieronymus dicens: valdè difficile esse animam non amare rem
aliquam.

*Lib. de vera
virginitate
circa mediū*
» »
» »
» »
» »

*Vitia mul-
ta proxima
virtutibus.*

*Vide S. Bo-
nauent. de
Gradib.
virtutū c. 4.
Amor cordis
moderan-
dus ne peri-
clitatur Ca-
stitas.*

*Vox mulie-
ris est velut
magnes.*

*Epistola ad
Eustochium
de Cūsto.
virginit.*
» »



Dei amor
vincit car-
nis amorē.

»

»

»

a Epl. s. 13.

aliquam: quamobrem amorem carnis, Spiritus amore esse vincendum, vnius desiderium, alterius desiderio mortificandum: vt quantum ex altero minuitur, tantum alterum crescat. Felix conscientia & beata Virginitas, cuius corde nullius alterius amor, quam ipsius Christi inuenitur. Quod licuius personæ recordatur, non suspirat propter eam, nec videre desiderat quem visum non vellet deserere. Hoc enim vult significare: cum sine aliquo amore viuere non possis: vt carnalem repellas, amplectere spirituales: vt ce turpem creaturarum amorem, diligendo multum earum creatorem: quemadmodum clauus clauo pellitur, ita purus Christi amor pellet ex corde omnium rerum terrenarum amorem. Et hoc est, quod suadet Apollus, cum dicit: *a Et nolite inebriari vine in quo est luxuria: sed implemini Spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus, cantantes, & psallentes in cordibus vestris Domino, gratias agentes semper pro omnibus in nomine Domini nostri Iesu Christi, Deo, & Patri.*

In qua sententia opponit Apostolus effectus & fructus amoris carnalis, significari per vinum, in quo est luxuria; effectibus amoris diuini Spiritu sancto proueniens: qui nos exhortatur, vt carnalis vini amoris diuini Spiritus amore vincamus. Vinum enim luxurie alienat hominem se ipsis, inebriatos voluptatibus rerum externarum: at vinum charitatis colligit homines intra se ipsos inebriatos delicijs bonorum internorum: illud vinum facit homines garrulos, loquaces in plateis, & foris huius mundi; hoc verò facit eos colloqui secum ipsis intra propria sua corda: illud incitat ad prophanas & minus honestas cantilenas decantandas; hoc verò cantaudos psalmos, hymnos, & carica spiritualia ac pia: illud adfert oblivionem & ingratitude in vsu creaturarum, in quibus suas quasque delicias ac voluptates; hoc autem efficit perpetuam Dei memoriam, & gratiarum actionem propter res quascunque, quibus iuitur ad gloriam impendantis: illud expellit ex corde nomen Iesu Christi, nec ore illud profert, nec laudet; neque in opere, vt eum imitetur; hoc verò nomen illud sanctissimum ita visceribus imprimit, vt semper desiderent de eo, cum eo colloqui; illum que in omnibus eius actionibus imitari. Desique veræ Charitatis dulcedo a deo excellit: vt fastidium adferat & dulcedinis vini sensualis. Quibus meliora sunt diuini sponsi verba vino vniuersæ terræ: ac propterea c. 2. aurea, hoc est, charitate præcingit vsque ad mammillas, mortificans ceteros mores.

Vinum luxuria facit: homines garrulos. Vinum charitatis impellit ad cantica spiritualia.

b Cant. 1. 3. c. Apo. 1. 13.

Cor castum omnia membra effici casta.

Ex efficacia huius diuini amoris, qui castificat cor, prouenit, vt sensus etiam ipsi, & reliquæ hominis facultates, castificentur: cor enim perfectum castum castos efficit oculos; castas aures, odoratum, gustatum, & tactum castas; castam linguam, castas manus in ipsis operationibus. Init enim firmum

simum cum omnibus his facultatibus pactum: quod nunquam admittent aliquid illicitum contra castitatem; sed potius à multis licitis abstinebunt, ne occasionem præbeant in illicitis impingendi. Cum igitur sensualis voluptas (vt ait S. Basilius) sit inftar alicuius fontis plura habentis epistomia, qui aquam fundit per sensus & potentias carnis; & inftar serpentis mulorum capitum, per quæ omnia inficit veneno; diligentem operam dare oportet, vt purus Dei amor ad eum crescat, vt illum fontem, septemque eius riuulos exsiccet: vt impleatur quod dixit Isaias quod d. *desolabit Dominus & leuabit manum suam super flumen Aegypti, & in fortitudine spiritus sui: ita illud percutiet, vt in septem riuos distribuat, vt transcant per eum etiam calceati.* Quem eundem effectum (ait S. Basilius) prouehire ab interno castitatis amore: qui ignis inftar hunc fontem exsiccat; & serpentis huius capita ita adurit, vt nõ renascatur. Danda est tibi opera (ait Cassianus) vt ad eum magno castitatis amore accendaris qualem homo valde auarus habet ad pecuniam; aut ambitiosus ad honorem; vt libidinosus ad personam sibi valde dilectam. nam ex feruenti huiusmodi desiderio fiet, vt, quod eam obtinere possis, dulcem ac suauem cibum horreas, & ipsum potum necessarium; & vt somnum naturæ aliàs debitum, suspectum habeas, aut certe cum timore & magna cautela illum admittas: eod quod sit industrius deceptor, & æmulus valde aduersarius castitati. Horrebis etiam otiositatem, quæ est carnalitatibus esca, vt affirmant Sancti Patres dicentes: Dauidem fuisse ab ea superatum: nam *eo tempore, quo solent Reges ad bella procedere, mansit ipse in Hierusalem otiosus, quod otium fecit illum surgere de fratre suo post meridiem, & deambulare in solaro domus regis.* & oculos leuare vt eam aspiceret, quæ eius castitatem est deprædata. Ac propterea Poeta ille dixit: *ostia si tollas, periere cupidinis arcus: cedit amor rebus, res auge, tuus eris:* quare si castitatem diligas: eius amor faciet te horrere otium, quo illa valde læditur; & occupationes bonas amare, & quæcunque alia, quibus illa fouetur & conseruatur.

DENIQUE anima casta esse debet *Hortus conclusus & fons sigillo vnici sui sponsi signatus,* qui dicit ei: *g pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum.* vt intelligat, quidquid fecerit, cogitauerit, aut amauerit: debere esse sigillo Iesu Christi sponsi eius ob signatum; In solo eo totum suum amorē collocare debere; neque rem vllam amare, nisi in ipso, & propter ipsum: & sic eod deueniet, vt habeat h. *dilectionem fortem sicut mortem;* sicut mortem scilicet vitiorum, & vitam omnium virtutum. Sed de hac conclusione & sigillo fufius inferius agemus, cum sermo erit de castitate Religiosa, in qua id magis eueniet.

IMPONAMVS his documentis finem addito alio: quod scilicet, quæcumq; de moderandis affectionibus & cautelis adhibendis in agendo cum

Sensualis voluptas per multa capita venena diffundit. d. Isai. xi. 15.

Coll. 12. c. 4.

S. Aug. ser. 17. ad Frat. S. Ista. l. 3. de summo bono c. 20. c. 2. Reg. 11. 1 Otium fecit peccare Dauidem. Ouid li. 3. de remedio Auoriv.

f Cant. 4. 12 g Cap. 8. 6. In solo Christi castus amorem collocet. h Cap. 8. 6.

T. in c. 6 ca. 10. c. 11.

fœminis dicta sunt, sint etiam intelligenda modo suo in agendo cum per-
nis parua ætatis. Est enim verissima illa sententia communis, quod in
lietibus facit sexus, in pueris facit ætas. Adferunt enim cogitationes & affe-
ctiones inordinatas, quæ maiorum peccatorum sunt sementis. ad cuius
remedium prædicta documenta sufficiunt.

CAPVT X.

PRVDENTIA ET FORTITVDO IM TENTATIONIBVS
& occasionibus repente & seorsim occurrentibus siue in vigilia,
siue in somno: & præparatio ad eas vincendas
adhibenda.



VANTVMVS humana prudentia & zelus castitatis vigilan-
tiam ac pervigilantiam in fugiendis occasionibus eius amittende, aut
sufficiende: certum est aliquas, & forte multas aded repente occurren-
tes, vt præuocari non possint: eod quod Dæmō valde astutus & illi
offerat: vt imparatos nos videns, & solos absque alijs testibus
facile nos prosternat. Quas occasiones & tētationes permittit Dominus
vt arrogantium, tutosq; se iudicantium superbia retundatur, & humiliter
splendeat verò magis prudentia & fortitudo perfectorum; aded strenue
eas vincendum, atque si eas præuidētes sese muniuissent. Historiæ sunt plu-
res stupendis ad hoc propositum exemplis. Patriarcham Ioseph omnino
repente & solum inuasit eius Dominā: & a *apprehensa lacinia vestimenti eius*
ad peccandum inuitauit, *Qui tamen relicto in manu eius pallio fugit; & egressus*
foras, vt castitatem suam illæsam conseruaret. b Sancta Susanna omnino
imparata, cum improbi illi senes eam inuaderunt, quæ tamen *exclamans*
magna, eorum improbitatem euasit.

a Gen. 39. 11

b Dan. 13. 24

Occasiones
luxuria. va-
ria.

IN vitis Sanctorum legimus, sæpe Dæmonem huiusmodi occasiones
illis obtulisse: aliquando in hospitij, dum iter facerent: vt euenit S. Bernardo.
Aliquando dum visitarent agrotantes, siue ad Confessiones excipiendas, si-
ue ad eas consolandas: vt accidit S. Vincentio Ferrerio. Aliquando dum
suis ædiculis in Eremo manerent, fœminas in eas inducebat: vt euenit S.
Martiniano, quem aded vehementer his occasionibus persequeretur, vt
cerit eum per mundum vagari ab vno in alterum locum, vt eas fugeret: do-
nec se recepit ad quandam insulam paruam inhabitatam in medio maris.
Sed neque ibi quiescere permisit: nam die quodam repente eod impulerunt
fluctus maris quandam Virginem quæ fuerat naufragium passa: quam, ne
permitteret submergi, coactus est in Insulam illam admittere. Sed tunc

119

ipse non iudicaret se tutam esse, si cum illa maneret: post quædam documenta ei tradita, ipse se proiecit in mare; potius eligens cum fluctibus cõgredi, quàm cum huiusmodi occasione. Sed non defuit providentia Dei tam fidei seruo: omisit enim illi duos Delphinos, qui supra dorsum eum saluum deduxerunt ad portum. Denique quando hæmon tales occasiones non inuenit, solet repente eiusmodi phantasias & repræsentationes excitare, vt magno periculo exponatur ipsa Castitas. idque aliquando facit dormientibus: vt cum euigilauerint, consentiant; aut rebus turpibus, de quibus somniarunt, delectentur. Aliquando etiam vigilantibus, & quidem maiori vehementia eisdem phantasias obijcit: vt euenit Sanctis Benedicto, & Francisco: qui strenuè contra eas decertarunt. nam alter inter spinas nudò corpore se reuoluit; alter verò etiam nudum super magnos niuium globos se proiecit, vt sic de suo hoste triumpharent. Sed quoniam aliqua ex his medijs fuerunt extraordinaria; & alia, absque Dei speciali impulsu, non fuissent licita: subijciamus iam aliqua imbecillitatè nostræ magis accommoda. præmittentes: strenuum militem (vt primo tomo dictum est) non debere differre, de aptis armis sibi prospicere, donec iam pulsetur ad arma; sed valde tempestiuè, beneque præparatus esse debet.

§. I. *Tres inuisibiles socij ad custodiam Castitatis.*

INTER ALIA remedia ad custodiam Castitatis valde efficacia sunt illa quæ Sanctus Basilius insinuat, dicens securitatem castitatis non esse reijciendam in id solum, vt quis semper sit benè associatus talibus socijs, qui illum custodiant, eiusque curam gerant: nam id nec semper esse possibile, nec sufficiens: quamuis, vt tales habeat socios, meritò debet procurare, quare multum, inquit, refert semper & in omni loco associare sibi testes, hominibus quidem inuisibiles, sed dæmonibus terribiles: quorum societas & alpectus, hinc animum nobis addat ad resistendum tentatoribus: inde verò frænet, contineatque, ne aut facere, aut dicere, aut cogitare audeamus aliquid indecens coram illis. Hos testes ait esse tres.

PRIMVS est propria nostra conscientia: quam meritò timere, magnamque eius rationem ducere debetis, vbicunque fueris. Se ipsum, inquit, primum, conscientiamque suam reueretur, etiam si plane sit solus, ne scilicet aliquid inhonestam admittat. Conscientia enim est inuisibilis quidam pædagogus, comesque fidelissimus à Christo D. N. adhibitus: vt semper te comitetur, & suggerat quod bonum est; deterreat vero à malo; ac reprehendat, & remordeat, si aliquid tale admiseris. Hoc autem sufficere debet: ne in eius præsentia facias, quod coram pædagogo, aut socio visibili non fecisses. Nam

(vt tu-

S. Marri-
nianus
duorum
delphino-
rum auxilio
ad portum
deducitur.

Træ. 2. 6. 4.

Lib. de vera
Virginisate.

Tres testes
inuisibiles.

2.
Propria con-
scientia.
S. Th. 1. part
q. 79. a. 1.
Adducit O.
rigenem
alios.

*Li. 3. de Of-
ficijs c. 4. in
Conscientia
vulnera
gravissima.*

*Conscientia
Ioseph à
peccato de-
tinuit.
a Gen. 33.9*

2.

*So cuius se-
cundus An-
gelus custos.
bi. Co 11.91*

*Magna re-
uerentia
debetur An-
gelo custodi.
Li. 1. de Vir.
ad fororem.*

c Can. 3. 7.

d Ca. 8. 12

3 4. Reg 6
17.

*Carnalitas
facit fugere
Angelos.
Ecccl. 13. 20*

(vt fuscè S. Ambrosius perpendit) nulla est poena grauior interiori vulneri conscientiae; nec leuere iudicium, quàm ipsum domesticum. Ac propterea Iustus fugit peccatum, etiam cum solus est, & à nullo videtur: non enim tantum reputat pudorè, quòd eius culpa alijs innotescat, quantus oritur ex morsu conscientiae suae: Et quamuis annulum illius Gygis haberet, qui illum redderet inuisibilem: peccatum tamen non admitteret. nam eius occurtio non innititur spei, quòd non deregerit, sed propriae conscientiae. Hic S. Ambrosius, quae varijs confirmat exemplis: sed ad nostrum institutum sufficit illud Patriarchae Ioseph, cuius conscientia ipsum detinuit, ne cum sua domo peccaret: quàmuis peccare potuisset & non deprehendi. Statim enim conscientia propria memorandù illam sententiam ipsi dictauit: *Ecce, Dominus omnia mihi tradidit, quae in domo eius sunt, praeter te, quae uxor eius est: quomodo ergo possum hoc malum facere? & peccare in Dominum meum?* Infige igitur conscientiae tuae fidelitatem, quam Deo tuo debes, ob innumera beneficia in te collata: & illa ad protectionem tuam prodibit, cum te inuadet luxuriae tentatio.

SECUNDVS socius & comes noster est Angelus custos. Deinde (ait S. Basilii) reueretur adstantem sibi Angelam; cuius praesentia te permouebit, ne quid foedum, aut turpe facias: erubescens, quòd purissimus ille spiritus uideat. Si enim Apostolus dicit: *bona mulierem suam debere capere, ut sicut propter Angelos, propter decentiam scilicet ac reuerentiam debitam Angelis assistentibus; magis est rationi consentaneum, ut omnes honestissime uiuant, ob reuerentiam custodibus suis Angelis debitam; nec solum, ut Basiliius, hanc reuerentiam debes custodi tuo Angelo; sed innumera multitudini Angelorum, & gloriosissimis spiritibus Sanctorum Patrum est contemplandum quae in terra geruntur; quorum oculos quiduis, quod in hostium sit, offendit. Hoc ipsum confirmat, & fusiùs deducit S. Ambrosius dicens: studentes altiori castitati, copiosiore habere Angelorum custodiam. Quod insinuauit spiritus Sanctus, dicens in Canticis canticorum: *celsissimus Salomonis ambire sexaginta fortissimi Israel; animam scilicet castam; postea addit: mille tui pacifici, & ducenti custodiam fructus vineae, congregatis scilicet animarum castarum, sed secundarum multarum bonorum operum. Quia creuit, inquit, numerus, ubi creuit & fructus; & quòd sanctior quòd que eò munitior, à pluribus scilicet Angelis, ut videre licet in Eliseo casto Sancto, quem custodiebat exercitus innumerabilium Angelorum: quia eò in quo ipse erat, plenus fuit equorum & currum igneorum in circuitu eius. Quae consideratio sufficere debet, ad exactius conseruandam Virginitatem, ut discedere à se cogat Custodes Angelos; nam quemadmodum fumus aperit bigit, & fugere facit, ac fauum suum deserere: ita carnalitas fugere facit Angelos; datq; locum demonibus; ut accedant: nam *fomnis homo similis suis soci-***

Mr. Et, vt sanctus hic Doctor ait, castitas Angelum facit: qui eam seruauit, Angelus est, qui perdidit, Diabolus; & illi eueniet maledictio, quam Sanctus Iob imprecatus est, dicens: *h habitem in tabernaculo illius socii eius, qui nō est; aspergatur in tabernaculo eius sulphur.* Et quis (inquit S. Gregorius) vocatur: *qui non est*, nisi peccatum: cuius socij sunt Dæmones, qui peccatoris latus circumdant, nec desistunt, donec tabernaculum eius aspergatur sulphure carnalitatibus, quæ esca erit ignis æterni? cogita igitur, cum solus es, ac tentaris habere te ad vnum latus Dæmonem tentantē; ad alterum verò Angelum custodientē. & hoc ad pugnandum te animabit; ne hostem tuū exhilares, nec contristes tuum amicum & custodem. cum tali enim socio viuere poteris consolatus, quemadmodum S. Agnes, S. Cecilia, & plures aliæ sanctæ, quæ Angelorum suorum custodum opera vsæ sunt; vt à similibus periculis eriperentur.

SEd multò potentior est tertijs comes ac testis. de quo idem Basilus dicit: præ cunctis autem ipsum sponsum suum reueretur, sibi vbique assistentem; ipsiusque patrem ac Spiritum sanctum, in quorum præsentia nihil faciet Virgo, quod purissimos eorum oculos offendat. Ingens enim Deo irrogatur iniuria: si in eius conspectu facias, quod in conspectu hominum non auderes. Indicium Dni est, te pluris facere bonam apud homines habere opinionem: quã apud Deum. Quod si vxor valde composita & cautam se ostendit, cum est in præsentia viri sui, aut patris, aut cognatorum: quanto erit magis rationi consentaneum, vt anima casta, composita semper sit, & cauta: quæ semper est in præsentia cœlestis sui sponsi Iesu Christi, & æterni eius Patris, ac Spiritus sancti: qui sunt magni castitatis zelatores? hoc medio vsa est S. Susanna, cum se vidit solam inter duos illos carnales senes, eligens potius mori h quam peccare in conspectu Domini. nam qui eius præsentiam veneratur, mox sentit eius auxilium: ita enim Ecclesiastes: *i cognouit, inquit, quod erit bonum timentibus eum, qui reuerentur faciem eius.* Time (ait S. Augustinus) eum, cui cura est attendere, & aspiciere semper quid facias: & hic timor te faciet castum; aut si peccare vis, quare vbi te non videat: & fac quod vis. Cum autem nullus sit talis locus: noli peccare.

Quod si tot sociorum ac testium præsentia non sufficet ad te reprimendum: conijce oculos (ait S. Basilus) ad innumeros testes tuorum operum futuros eorum conscios in nouissimo vniuersalis Iudicij die; cum diuina maiestas notos faciet omnibus hominibus omnes carnalium hominum lapsus ad maiorem eorum pudorem & confusionem: quauis eos fecerint in occulto, & studuerint alijs hominibus occultare. Eueniet, inquit, illis, quod pictoribus, qui quamdiu suas imagines pingunt, eas tegunt, ne videantur; sed opere absoluto, retrahunt vela, quibus imagines tegebantur; & absolutas imagines omnibus ostendunt. Ita homines in hac vita conscientias suas varijs si-

Castitas facit Angelum.
g Iob. 18. 35.
Lib. 14. Moral. cap. 10.

In tentatione demonet Angelus adest.

3.
Sanctissima Trinitas comes est carius.

h Dan. 11. 23
i Eccle. 8. 12
Serm. 46. de Ver. Domi.

4.
Innumeros testes operum omnium habebimus in Iudicij.

*Omnia peccata
Dio iudicij pate-
bunt.*

*k Mass. 10.
26.
l Luc. 8 7.
m 1. Co. 4 5*

*Solacium
nullum est
ex honore.
m Ecol. 11, 29*

o 1. Co. 4 9.

*Tentatio-
nes ex som-
nijs oritur*

guris depingunt operum bonorum aut pravorum, honestorum aut turpium, quas corporis sui velo, & anguli, in quo se abscondunt, studiosè regunt: die autem iudicij velum illud retrahetur, & omnibus patebit, quid quisque depinxerit. quod si pictura tua fuerit peccatorum carnalium: erubescet coram toto mundo; tantoque erit maior tunc ignominia, quanto maior fuerit hic de te opinio: nam omnibus expectantibus videre in anima tua imagines magnæ pulchritudinis, videbunt eas fœdas esse ac turpissimas: caue igitur nunc aliquid occultè facere, quod te in publico afficiat ignominia. Nihil ipsius Dei verbum est. *k nihil est opertum, quod non reuelabitur: & occultum quod non sciatur: l Et in palam veniet. m & dies Domini illuminabit abscondita reuerentium, & manifestabit occulta consilia cordium.* Eueniet quoque iisdem quodam profus, & habentibus corpora vlceribus ac fœditatibus plena, qui tamen vestibus induuntur preciosis: propter quas valde elegantes videntur, & placent qui si vestibus exuerentur, vt ab omnibus videri possent; ab omnibus miderentur, & condemnarentur: ita (inquit S. Basilus) multi sunt homines fœminatæ, quarum animæ sicut leprosæ, & carnalium culparum vlceribus obfœdata: sed quia eleganti quodam corpore sunt induta, earum fœditas non notatur: in die autem iudicij, exuentur ab illis ornamento, quibus leporegebatur: ideoque valde erubescunt, & æternum confundentur: neque solatium vllum habebunt ex honore, quo in hac vita afficiebantur: iuxta illud Ecclesiastici: *n malitia hora oblivionem facit luxuria magna, & in fine hominum denudatio operum ipsius.* cuius sententiæ hic sensus est, quod cruciatus & afflictio, quæ in hora mortis & rationis reddendæ sustinebitur, tanta erit, vt precedentium voluptatum penitus obliuiscatur, etiam si plurimæ & plurimorum annorum fuerint: quia tunc opera turpia, quæ induta speciem habebant virtutum, aut humanæ authoritatis larua aliqua tegebantur: exuentur omnino & omne tegumentum remouebitur ita vt omnibus pateant ad pulchritudinem ac dedecus ipsius peccatoris.

Ex his omnibus considerationibus agnoscere poteris viam & modum vitæ tuam ordinandi etiam cum es solus. Præuenire enim ac præparare eisdem documentis te oportet ad quoscunque repentinos casus occurrentes: dicens tibi ipsi illud Apostoli: *ospectaculum factus sum Deo, Angelis & hominibus:* nolo itaque aliquid admittere, quod hoc spectaculum reddat deformem & coram eis erubescam.

5.2. Contra nocturnas illusiones.

NON SVNT minus periculosa tentationes repentinae, quæ oriuntur ex somnijs, aut statim, cum euigilatur occurrunt: quare magna attentione ac vigilantia opus est, vt quis se ab eis expediat. Neque enim gratis dicitur de sexaginta illis fortibus viris, qui lectulum Salomonis ambiunt, quod

a uniuscuiusque ensis esset super femur suum propter timores nocturnos quasi armati essent contra luxuriam: vt in saltibus, quos noctu, & cū homo minimè attendit, excitare illa solet, resisterent; tunc, n. maximè innotescit, quis perfectè sit castus. quemadmodum accidit venerabili Booz, cū dormiens semel in area sua euigilans b mediā nocte inuenit ad pedes suos iacentem mulierem bene ornata, quam tamen, nec tangere voluit, vt suo loco perpendimus.

Sed aperiamus Dæmonum astutias in spargenda semente turpis cogitationis, & alterationis sensualis in somno, vt culpam aliquam, statim atque homo euigilat, ab eo extorqueat. Mouet enim memoriā eius, quod in somno euenit, vt voluptatem aliquam, aut sensualem complacentiam, aut culpabilem aliquā morā, aut turpē consensum eliciat. Et facillè solet ipse fieri voti compos, si nos in vigilia aliquam dedimus occasionem ad eiusmodi sementem spargendā. Hoc facillè explicabitur ex ijs, quæ Samsoni euenerunt, agēti eū quadam nequā muliere nomine Dalila: cui vt placeret, multas dedit occasiones, vt c dormiente variis vinculis alligaret que dta ligatū excitabat, accurrentibus eius hostibus Philistæis, vt ipsam comprehenderent. Et quāuis excitatus, ter ruperit, in cula, & hostiū imperum euaserit: quartò tandem dormienti ionsor rasisit septem crines eius; ex quo totam suam fortitudinem amisit, ita vt excitatus non potuerit se ipsum soluere: ideo que facillè à Philistæis captus fuit; qui statim eruerunt oculos eius, & in mola Asinaria molere fecerunt. Idem euenire solet hominibus liberioribus & promptis ad agendū cū personis carnalibus, aut proprijs corporibus indulgendum cibis delicatis, & uinis præstātib; aut ad sensus suos oblectādos rebus delectabilibus; aut in sua imaginatione huiusmodi rerum imaginibus & cogitationibus occupāda. Nam cuiusuis horum occasione in die data, ipsamet caro impulsā & alterata à Dæmone producit in somnijs turpes repræsentationes, & impuros motus, quibus dormientes ligat & illaqueat, vehementè imprimens imaginationem, & appetitū ac delectationem sensualium voluptatū. Homine vero euigilante, statim accurrunt Philistæi infernales, vt animam capiant, sollicitè procurantes, liberū aliquem consensum aut cōplacentiam eius, quod somniari; elicere. Et quamuis verū sit, quòd aliqui, in quibus locum adhuc habet timor Dei, & spiritus fortitudo, toleant citò sese expedire, diabolicis suggestionibus resistentes; accidit tamē eos interdum adeò negligentes, & incurios interdū fuisse, vt in pœnam Deus illos nocte deserat, permittens Dæmonem tanta vi eos in somnijs ligare, vt euigilantes non sciant sese soluere, ideoque voluptate in somno repræsentata inescati, eam liberrè acceptant; ac proinde ab hostibus capiuntur, qui ingenti furia eorum castitatē deprædantur, & eruentes eis prudentiæ oculos, molere faciūt in mola luxuria: ab vna in alteram culpam, cum magna eorum pernicie, eos trahentes. O

a Can. 3. 8.
Tempore
iactis inno-
uiscit quia
castus sit.
b Rut. 3. 8.
Tom. 2.
Tract. 5. c. 3
Dæmon mo-
uet memo-
riam somni

c Iudic. 16.
7 19.

Philistæi
eruerunt o-
culos sam-
soni.

Dæmones
conantur
excitare
consensum
somnia.



In summo plurima perennit anima

Euitanda sunt occasiones somnium turpium.

Meminisse presentia Dei oportet.

ad Ps. 120. 4

Eccl. 5. 2

g. Jer. 1. 17. Deum videt opera nostra.

Luc. 12. 1. In sensu luxuriam significat.

quot animæ à carne sua sunt deceptæ, sicut Sâson à Dalila! ô quot victores infernales Philistæi obtinent, astute aggredientes in somnijs, quæ vigilantes aggredi ausi nõ fuissent! ô quot noxia semina interdum spargunt quæ polleunt & crescunt in somno, post quem fructum proferunt ipsum peccatum & sæpè in ipso somno percipitur damnum, quod in vigilia præcellit. Nam carnalis pollutionis nouacula radunt, aut ostendunt, rasa esse septem ritus Sancti dona, quæ Spiritum ipsum exornabant; & contra carnis tentationes roborabant: eò quod ante ipsum somnum, culpabilem valde occidit, ne præbuerint ad ea, quæ in somno geruntur. Quare si castitatem conseruare desideras, studere omnino debes, quantum in te erit, occasiones euitare. Huiusmodi somniorum & mortium abscindendo illecebras nimiam cæna, lecto, & colloquijs, quibus tales occasiones admiscuntur: te ipsum præmuniendo sanctis cogitationibus, cum vadis cubitum: ut si aliquod somnum forte eueniet, talem habeat materiam. Nominatim verò memoriam recitabis presentia Dei, & Angelorum eius: confidens eorum protectioni, qui circa eius custodiam vigilabunt, qui non potest non dormire. cum incipis dicere Angelo tuo Custodi; Angele Sancte, quemadmodum Dæmone dormiente, vigilat in meâ perniciem; & tu quoque, vigila: quæso in meum commodum: siquidem non minus tibi curæ est bonum meum, quam illi incommodum meum. Et cum ego non possim nunc vigilare, ut tæ ab eo defendam: tu, quæso, pro me vigila: ut ab eius insultibus me defendas. Sed nominatim & precipue confidere debes illi Domino, de quo dixit Dauid: *non dormit abutur dormiet qui custodit Israel: si n. interdum fueris, sicut Hrael vigilans, & contemplanus Deum omnia videntem, ipse vigilabit pro te de nocte, ac defendet ab illusionibus ac timoribus nocturnis, & à negotiis quæ perambulans in tenebris, propterea enim dixit sponsa: Ego dormio, & cor meum vigilat: hoc est Deus amor est cordis mei, & vita mea vigilat pro me; & attribuit protectioni ac defensionem meam, dum ego dormio. Denique semper & ubique memor esto g. illius vigilantis, quæ vidit Ieremias: quæ est ipsa diuinitas, nunquam dormit & semper vigilans ac contemplanus quidquid facias: ut vel præmium reddat vel supplicium pro meritis tuorum operum. Ac propterea Aegyptij eam depingebant virga quadam recta, oculum in summitate habente: ut significaret Deum omnia videre oculis valde acutis; mundum quæ gubernare, Iustitiæque rectitudinis virga, non solum in ijs, quæ exterius apparent; sed sicut reuera sunt. Nihil siquidem etiam occultissimum, eius oculos effugit; vigilatque semper, ut opere impleat, quæ cunque Sanctis promisit, & minatus est luxuriosis. Quamobrem postquam Ieremias virgam illam vidit: illam quoque vidit in sensu: quæ in sensu morali luxuriam significabat, contra quam seueram diuinitatis Iustitiæ punitio dirigebatur. Habeas itaque semper in tua memoria hanc*

virgam

virgam vigilantem, vt faciat te semper vigilare in discernendis occultis astutijs Dæmonis & carnis tuæ; & pugnare contra eas medijs suprâ positis.

Ex dictis licet colligere summam perfectionem, ad quam potest Castitas in hac vita peruenire. Quod breuiter explicauit Cassianus hisce, non minus honestis, quàm grauibus verbis ac sententijs: tum demum, ait, homo perfectè ceñtebitur castus, cum ad illum statum peruenerit, vt talis inueniatur in nocte, qualis in die; talis in lecto, qualis in oratione; talis in somno, qualis in vigilia; talis solus, qualis turbis hominum circumseptus. Postremò vt nunquam se talè secretus aspiciat, qualis videri ab hominibus erubescit: nec in eo tale aliquid inuitabilis ille oculus deprehèdat, quod ab humanis aspectibus vellet esse celatum; vt dicitur cū Propheta possit: h *Et nox illuminatio mea in delicijs meis* hoc est, nō ego delicias accipio, quas solent peccatores de nocte, & in tenebris: quia pudet illis vti in die clara; sed delicia meæ sunt pura & sanctæ in oculis Dei videntis quidquid agatur in tenebris; & cui ipsa nox æquè est clara, atq; dies: ideoq; in eius conspectu nihil tale faciam, quod non deceat. Vt autè inlinuet, à quo beneficiū hoc accipiat: subiungit, dicens: *quia tu possedisti reus meos*; id est, quia tu mortificasti omnes carnis meæ motus impuros: & circa appetus omnes eius possedisti, vt imperio rationis, tuæq; sanctissimæ voluntati, cum qua ego cupio meam esse conformem, subieceris.

Collat. 12. 8.

“
“
“
“
“
h Ps. 138. ii.
“
“
“
“
“
“
“
“
“
“
“
“
“
“

CAPVT XI.

STATVM CASTITATIS suscipientes, nec eam seruantes, in horrendas incidere miseras, & grauissimis affici panis ad aliorum cautelam.

ADEO Est hominis natura inconstans, & ad continentum adeò fragilis, vt qui stat, magnis opus habeat fulcimentis, ne cadat & prosternatur. Quò autem in continentix professione altius quis progressus est, (quales sūt Sacerdotes & Religiosi) eò calus eius est mitior, & maiorè adfert commiterationem. Cum enim ex loco valde excelso cadat, & ad ipsi casum impellantur simul à superbia & luxuria: nō prius consistunt, quàm ad summā eius profunditatē perueniant. Et cum etiā malo suo exemplo grauius adferant damnum, trahentes post se alios, qui illos imitentur, magis irritant iram Dei, vt grauiori pœna illos afficiat; atque hoc exemplum alios coerceat ac frænet, qui peccatum illud viderunt. Hoc insinuat Scriptura diuina exaggerando hominum corruptionem & emendationem in luxuriam: dicit enim, eò vsque eos peruenisse, vt a filiis Dei viderentur filias hominum. quod essent pulchra, acciperent sibi eas in uxores. Vocat autem filios Dei (vt aiunt SS. Ambrosius & Augustinus) successores: *erh, qui*

Quo altior gradus eò miserabilior casus in casu.
a Gen. 6. 2.
Lib. de Noe & Arca 4. 4

Q 3 & Sa

Lib. 15. de
Ciuir. c. 23.
uida Pera-
rium ibid.

& sapientiâ & sanctitate tunc præcellerant: ac propterea tenebantur
magis casti, & creatori suo grati: & tamen cum cœperunt laxare sibi habi-
nas, fuerunt multò peiores; & prauis suis exemplis infecerunt successores
Cain: & ita magis corruerunt mundum, & horrendum diluuij supplicium
accelerarunt. Aliqui Doctores dixerunt: malos Angelos siue Dæmones
appellari *filios Dei*; eosq; induisse hominum corpora, vt possent cum fan-
nis coniungi: sicut etiam feminarum corpora induunt, vt se viris coniu-
gant. Non quod illi sentiant sensuum voluptates, quarum sunt incapaces:
quòd sint puri spiritus: sed quod delectentur perditione virorum simul
mulierum: quos decipiūt ac deprauant huiusmodi voluptatibus. Sed quan-
uis hoc interdum eueniat, sitq; magnū indicium, quòd luxuriæ peccatum
sit valde detestandum: si quidem ipsi dæmones tot adhibent artificia, vt ho-
mines ad eam prouocent: sed non loquitur de eis Scriptura diuina: neq;
opus est vt dæmones corpora induant & formas personarum sanctarum
huiusmodi fraudes exercendas: nam peruersæ carnis inclinationes, dæmo-
num funguntur officio; & filia hominum sunt quasi dæmones, ad filios Dei
deturbandos; & filia Dei videntur, ac deprauantur à filiis hominum, et
erga ipsas sunt tanquam dæmones, concurrente Sathana inuisibiliter ma-
dictis suis suggestionibus, vt & filij, & Filia Dei ex præcella dignitate, quæ
possident, ruant; & puritatem amittant quam profitentur.

§. I.

2. Cor. 13. 1.

MODVS & ratio, qua in has miseras deuenitur, explicari potest tremen-
da illa similitudine, quam Deus proposuit Prophetae Ieremias, dicens
ei: *a posside, siue compara tibi lumbare, siue cingulum linenum, & pones illud
per lumbos tuos, & in aquam non inferes illud.* & cum id Propheta fecisset, ait
Deus secundo, *vt tolleret lumbare, & iret ad Euphratem, & absconderet illud
in foramine petrae.* Quod etiam Propheta praestitit, & post dies plurimos dicit
Dominus ei tertio, *vt redires ad Euphratem, & tolleret inde lumbare, quod ibi
absconderat, quod cum faceret Propheta, ecce computruerat lumbare istud, vt nullus
aptum esset.* Et tunc Dominus cepit suam Parabolam explicare dicens: *lumbare
illud lineum significare electum populum suum Israël & Ierusalem, quæ
quamuis ex se ipso ruidior esset & crassior: magna tamen sua misericordia
illum elegit, vt eius esset possessio, & arcto amore ipsi coniungeretur. Sicut
nim, inquit, adheret lumbare ad lumbos viri, sic agglutinari mihi omnem domum
Israël, & omnem domum Iuda: vt essent mihi in populum, & in nomen, & in laudem,
& in gloriã.* Sed multò amplius (ait S Hieronymus) viri perfecti sunt Chri-
sti Domini lumbare, siue cingulum, eò quòd ipsi adhereant per intimam
charitatem: & quidem adhuc magis speciatim continent, & Religiosi, &
omnes Professores & cultores perfectæ Castitatis; quos in secundo tome

Cap. 20.

diximus

b Apoc. 1. 19

diximus significari b *Zoha aurea*, quā Christus Dominus ad *māmillas* *præcingebatur*. Nā etsi illi ex se ipsi sint rudis & cruda tela lineæ: ex gratia tamen eiusdem Saliatoris exaltantur, vt sint auram valde splendidum, puram Castitatem cum charitate inflammata coniungentes: & ratione vtriusque huius virtutis honoratur, valdeq; gloriatur benignissimus noster Pater: quod illos habeat sibi ita coniunctos & adherentes, sicut cingulū adheret ei, quem cingit. diligit. n. eos, semperq; præsentem habet, eorumque curam gerit Sed nō eos præcingit per mediū corp⁹, sicut dixerat Ieremiæ de populo Hebræo; sed ad ipsas māmillas: vt teneriorē ostendat amorem, quo populū Christianum prosequitur, & virginitatis ac Evangelicæ Castitatis cultores: collocas eos in altiori loco, ad suum sc. pectus, & in medio cordis sui. ed quodd & ipsi multo excelsiorē & heroicā perfectionē profiteantur. Sed, ô miseriā & inconstantia humanā! & quā pauci sunt, qui felicē suā sortē nouerint, vitamq; agant celsitudine eius status dignā: sed potius ab vnione, quam cum Christo habebāt, miserē recedunt. nisi enim ipsi prius eum desererent, tanta eius est bonitas, vt nunquā eos prior ipse reijceret, nec à iudicissimo, quē in pectore eius habet loco, repelleret. Verum, quōdam discedunt, & vbi tandē sistunt, relicto loco & statione, quam habebant? lumbare hoc siue cingulum lineū nobis ad vinum valde detegit. Nam primū eo fuit præcinctum corpus Prophetæ; deinde illud soluit, & in manibus retinuit; & postea ad Euphratem portauit, vbi illud abscondit, ibiq; cōputruit: ac deniq; omnino abiecit, ed quod nulli vsui aptū esset. Eisdem igitur gradibus cadit iustus, quo Christus D. N. est præcinct⁹, cui per votū Castitatis adhaesit. Et quō ille feruētior est, ed magis cōstringit. Sed vbi incipit tepescere, etiam incipit laxari. & hic primus est eius ruinæ casus; quia dilabitur in multa peccata venialia, & tepiditate, cōtra ipsam Castitatē eiusq; perfectionē, quā profiteretur Et hi defectus maculant & obfuscant ipsum cingulū; laxant & aliquid remittunt de stricta illa vnione, quā cum caelesti suo sponso habebant. Et quemadmodū cingulū valde laxatū, prope est vt cadat, ac dissoluatur ita: qui sponte admittunt hoc genus peccatorum, prope sunt, vt charitatis & amicitia cum Deo iacturā faciāt, incidentes in aliquod lethale peccatū. Culpa enim, quæ in alijs valde fuisse leuis, in ipsis est multo grauior, ob maiore obligationē, quā tenebantur ad eam spontē nō admittendā: cum Deus eos tantis misericordijs præuenisset; & quod macula etiam paruulā, si in vestem incidat valde preciosam, turpior sit, magisq; perniciofa. Ac propterea Nazareo, qui tantam puritatem & sanctitatem proferebantur, sicut vidimus: non solum iussit Deus c *abstinere a vino*, quod inebriat, sed etiam *ab vni. siue recentibus siue siccis, & passis, vsq; ad acinum.* nam Deo dedicati & consecrati, etsi non possint omnes leues culpas quæ ex inaduertentia, aut passione turbata procedunt, evitare: pos-

I.
Feruentior
Castitas
constringit
Christum.

Spontē peccantes
Christum
dimitunt.

cii. Tract.
c Num. 6 3.

sunt

*Leues culpa
sponte non
admittenda.*

2.

*Peccatum
mortale sol-
uit charita-
tem cū Deo.*
d. 1. Co. 6. 15

*Lib. 3. Dia-
lo. c. 23.*

*Peccatum
contra ca-
stilitatem a-
lia sequun-
tur peccata.*
c. Ier. 2. 18.
I. Luc. 15. 13.
30.

*g. Ier. c. 2. 18
h. cap. 31. 22.*

icap. 2. 32.

4.

sunt tamen ac merito debent eas sponte, & aduertentes non admittere. Quia si in hoc sint negligentes; facile incident in eundem misericordiam culpam thalis, quæ etsi non destruat omnino cingulum: soluit tamen illud, ac leuatur ab ipso Christi pectore. Quamuis enim non omnino destruat & laboret statum Christiani hominis aut religiosi, nec ipsum statum & vocem Continentiæ: Destruit tamen Charitatem; animamque separat ab vniuerso & amicitia quam cum Deo suo habebat. Nam (vt ait Apostolus) non possunt simul existere; quod quis sit *id vnum corpus cum meretrice*, & simul *spiritus cum Christo*: & qui carnalem vniõnem ad eò turpem amplectitur, spiritum dissoluit spiritualement ad eò gloriosam; & indignum se reddit gratiam & fauorem, quos à diuina misericordia accipere solebat. Ad cuius confirmationem refert S. Gregorius, quod cum Rex Wandalorum Ariarius fuisset abscindi linguas septem Episcopis Catholicis, eò quod non consentirent ipsius errori: illi tamẽ etiam sine linguis miraculosè loquebantur quomodo. Et cum post aliquot annos vnus eorum laboretur in peccatum in hoc statum: statim priuatus est illa gratia loquendi sine lingua. Peccatum eò ad eò turpe hominis, cui Deus ad eò benignè fauebat, statim debuit in faciem ipsam prodire, vt suam miseriam agnosceret, vt nisi feruenti pœnitentiæ surgeret. Eius enim generis est hoc vitium, vt nisi feruenti pœnitentiæ tercipiatur, multa alia sui generis post se trahat; & miser peccator laqueum habens currat ad flumen Euphraten, et turbidamq; bibat aquam sordidam suarum voluptatum, quemadmodum ipsi gentiles bibunt. Hæc fuit miles Filij prodigi; qui, dum esset in magno honore in domo paterna, carnaliterrens, abiit in regionem longinquam, vbi dissipauit substantiam suam viuendo luxuriose. & tandem incepit egere, & missus est in villam, vt pasceret porcos, turpiter scilicet suos sensus voluptatibus sensualibus: cuius tamen tanta erat famelicitudo non posset saturari nec vllus erat, qui illi daret, vt de saturaretur. Tanta enim est diuina misericordia, vt non desinat huiusmodi peccatorum turpitudine pullare, vt pœnitentiam agant, & suarum turpitudinum fluxum contineant, quemadmodum pulsauit & verè mutauit filium hunc prodigum. Eodem spectant eiusdem Prophetæ verba dicentis: *g. quid tibi vis anima turpiter Egypti: vt bibas aquam turbidam ex flumine Nilus? & quid tibi cum via Assyrorum? vt bibas aquam fluminis Euphrates? h. vsquequo delitiis dissolueris filia? memor esto sublimis loci, quem in pectore meo habebas: age pœnitentiam propterea quod illum reliqueris; & ego te in eodem reponam. i. Non quæ obliuiscetur virgo ornamentis suis, aut sponsa fasciæ pectoralis suæ: cur igitur tu obliuisceris, qui cupio te tanquam cingulum & fasciam pectoralem, & auream pectori meo applicari?*

Si d. quoniam sæpe huiusmodi uocationes, & pulsus mihi efficiunt in d.

libus peccatoribus, ed quod sint ebrj furioso vino suarum voluptatum, iuxta illud Osee: *k fornicati, & ebrietate auferunt cor*: permittit Deus, eos incidere in *quartam* miseriam: vt scilicet abscondatur *lumbare* lineum in profunda aliqua fossa; in quam diu maneat, donec *computrescat*, & nulli *vius sit aptum*: Hoc est, vt huic vitiō ex deliberato animo se totos dedant, & incidant in infamem, turpemq; concubinatum cum execranda illa femina, quam Salomon, *foueam profundam* appellat, & *puteum angustum*, in quo miser & infelix homo incidit cui iratus est Dominus: Deus enim iram suā ostendet, permittens, eum in eadē fouea immergi in miserias innumeras, & computrescere cum suis carnalitatibus, & amittere spiritum, honorem & bonam opinionem: & manere inutilem, vt quasi impossibile illi sit, ad priora exercitia & ministeria redire. Hoc etiam dixit Propheta Ioel verbis illis: *n computruerunt iumenta in stercore suo*. quæ autem sunt hæc iumenta, nisi homines: qui o cum essent, inquit David, in magno honore tanquam *lumbare ipsius Dei*, comparati sunt in suis moribus *iumentis insipientibus*: & computruerunt in stercore suarum luxuriarum, eis omnino immersi? eosdem describit Ieremias cum dicit: *p filii Sion in chely, & amplexati auro primo & qui nutriebatur* tanquam infantes in croceu, *amplexati sunt stercora*; amittentes nobilitatem & ingenuitatem, quam habebant, & commutantes, lac deliciarum spiritualium in stercora sensuallium; & viuentes instar iumentorum in stabulo suo; nec inde prodeutes ad subeundum laborem in re aliqua vtili. Et paulo inferius deplorat casum Nazareorum, (quorum candorem & pulchritudinem supra retulimus) dicens de illis: *denigrata super carbones facies eorum*. Et propter miram proprietatem eos comparat carbonibus, qui primū fuerunt prunæ splendentes igne, & postea in fossas aliquas proiecte, & terra coopertæ, postquam aliquo tempore sepultæ ibi manserunt, sūt carbones nigri ac turpes, inficientes & maculantes omnes, a quibus tanguntur. Spirituales enim hi Nazarei, qui prius abstinentes erant, & virtutibus aded heroicis splendebant, ed sensim deueniunt, vt superbirent, multum sibi in sua pulchritudine complacentes. Qui in penam tantæ præsumptionis à Deo deserti, inciderunt in profundam carnalitatis foueam, in qua sensim nigredinem tanquam carbones contraxerunt, prauis que suis exemplis omnes aspicientes, & cum ipsis agentes inficiebant, ac maculabant. Et quoniam proprium colorem amiserunt, non sunt cogniti in plateis. significat enim, quod cum illi castitatis pulchritudine florent, erant collecti in domibus suis, aut in suis monasterijs; agebantq; valde cautè, incedentes per angustam perfectionis sentitiam, suamque vitam consilijs Euangelicis conformantes: sed postquam ambulare cœperunt per latas perdicionis plateas, relaxantes sensus suos, sicut reliqui peccatores, valde improbi, & prophani: propterea iam non sunt cogniti in plateis: quia

k Ose. 4. 11
1 Pro. 23. 27
m c. 22. 14.
Impuri sunt
velut iumenta.
n Ioel. 1. 17.
o Ps. 48. 15.
S. Gregorius
Homi 10. in
Ezechiel.

p Thron. 4.
2. 5.
Impurorum
facies super
carbones denigrantur.
vers. 3.

Post peccatum commissu inter castos & impuros non est discrimē.



nullū est inter ipsos & illos discrimen. Quemadmodū margarita aliqua
ciosa facile dignoscitur inter carbones: quæ tamen si etiā in carbonē con-
tatur, quis eā inter reliquos carbones dignoscet? & præterquā quod S. Gre-
gori, adeoq; deformes; etiā adeo sunt aridi, vt adhæserit cutis eorū ossibus
ta carne consumpta: amiserunt enim omnem teretitudinē, & solitam di-
tionē; & aruerūt, & facti sunt quasi lignū, hoc est, valdē inēpti ad ea, quæ
Dei, & ad bonum proximorum: atq; si nunquā de rebus huiusmodi eg-
§. 2.

S.
Deus pec-
cantes de-
seruit.
Homilia 10.
in Euangeli.

2 Escl. 19.2

Sapientes
coniuncti
mulieribus
apostatant
à Deo.

Impuri à fi-
de recedūt.

Conscientia
in vitio pu-
rescit.

In Jerem. 17.
b Pf. 72. 28.

NEQVE est hæc vltima miseria: nam suprema & maxima ad quam
uenire possunt omnes huius vitæ miseriæ, est tremenda Dei delicta
permittentis illos absq; fræno sequi sua desideria; donec in eis moriantur.
(ait S. Grego.) est, *computrescere iumenta in stercore suo*, hoc est, carnales ho-
mines in fatore luxuriæ vitæ finire. nam interdum obseruatū est, in ipsis ho-
minibus, quod adeo dilexerūt, & tanti in sua vita fecerūt, mortem
ijisse, & ex lecto libidinjs ad infernū descēdisse. Hæc illa miseria est, quæ
eclesiasticus extollit, cū ait: *Vinum & mulieres apostatate faciunt sapientes
arguent sensatos. Et qui inquit se fornicarijs mulieribus erit nequam: putredo
heredes habet abunt illū, & extolletur in exemplū maius; & tollitur de numero
tium anima eius.* Et sensus est: quod qui fuerant sapientes & prudentes, &
cellsum locum in Ecclesia, & in cōspectu Dei habuerunt: si cōiungantur
nicarijs mulieribus, & inebrientur vino turpiū suarū voluptatum, eodē
ent, vt apostatent à Deo, deserendo eius amorem & seruitiū. Adeoq; huius-
rum miseria interdum crescit, vt quæadmodum lineum illud lumbare
tatum fuit ex terta promissionis ad Assyrios, vbi omnino computruit
tanquā Apostatæ recedūt à religione, quam professi erāt, & redeunt ad lu-
lum; & q̄ horribilius est ab ipsa Catholica fide & Ecclesia sancta recedunt
transiunt ad partes & factiones Hæreticorū, vt turpibus suis facultatibus
berius potiantur. Ibi *putredo & vermes* sunt eorum hæredes: misera. in-
entia putrescit in suis vitijs, & mordetur ab horridis vermibus, illā qui
gunt, & torquent: imò & ipsa infelix caro pœnā luit suarum voluptatū, in
bo infecta fœtido, quo putrescunt & cōsumuntur eius ossa; & replet vicijs
bus, eius viscera vorantibus: disponente Deo, vt violeta aliqua, & huius-
morte ante tempus moriatur, vt *fit in exemplū maius*, & inuitatum, vt alij
tiores fiant; & æterna hominum adeo egregiorum ac Sanctorum damna-
metum alijs incutiatur, ne audeant illos imitari. Caueat (ait S. Hiero.) quæ
test cum Dauide dixerit: *mihi adherere Deo bonum est*: ne ei ex sua negligētia
& incuria eueniat, vt dissoluatur & separetur à Deo suo; qui permittitur
transferri ad flumen Euphratē, & potestati inimicorum: & qui debet
scendere in foraminibus petreæ firmissimæ, quæ Christus est: abscondatur
sceliat in foraminibus corruptæ & putrefactæ petreæ, cadendo in vitium



errores hæreticorum, & sæcularium & in eam deveniat putredinē, vt non possit amplius aptari, vt iterū ipsius Domini corpus cingat, nec in ei⁹ domo vsui esse possit. Hæc S. Hier. ad cautelam eorum, qui spiritus delicias aliquando degustarunt, & c. abscondi consueverant cū Christo in Deo, contēplātes eius magnalia; & ex occulta postea superbia hæc exercitia deserunt, vitā suā relaxant, delicias quarunt & solatia: quos monet, nisi ad se ipsos redeant, sensim deveniuros ad profundā fornicationis foucā, in qua ad eō computrescat, vt vitā esse nō possint. d. Sic putrescere faciā (ait Dominius) superbiā Iudæ, & superbiā Ierusalē multiā. Superbia. n. tanquā radix peccatorū ei⁹, ignominiosa ad eō putredine puniēda est, vt oēs obturent iuās nares, ne factorē eius percipiāt. Idem cōfirmat Scriptura diuina, referens horrenda aliqua supplicia in huiusmodi peccatores, ad alios continendos & deterrendos; e. Ecce ego (ait Dominius ad Samuelem) facio verbum in Israël, quod quicumq; audierit, tinniet ambra auris eius, fuit autem illud, infelix mors Sacerdotum filiorum Helio ob scelera, quæ perpetrabant cum mulieribus, quæ obseruabant ad ostium tabernaculi. permittit enim Deus, arcam testamenti tanquam captiuam transferri ad Philistæos, ne eam videret in manibus Sacerdotum ad eō carnalium: Et quamuis Deus in antiqua lege, Sacerdotes permittebat habere vxores, tantum tamen horrorem carnalitatē ostendebat, vt lege constituerit: f. si Sacerdotis filia deprehensa fuerit in stupro stāmis exuretur, quia nomen Patris sui violasset. Quam igitur pœnam promerebitur illa, quæ cum esset filia Dei, cui seruo Castitatis consecravit, huiusmodi culpā cœlestis sui Patris nomen violaret? exiguæ & leues censentur flammæ Sodomæ ad eam puniendā. Sed audiamus quam pœnam sumpserit Deus de Hebræis cum mulieribus Madianitis fornicantibus. Non enim contentus, quod viginti quatuor milia de plebe iugulasset, iussit Moysen g. tollere cunctos principes populi, & suspendere eos contra Solem in patibulis; & cum quidam ex filijs Israel mirasset ad scortum Madianitidem, vidente Moysē & omnem turba filiorum Israel, inspirauit Deus Phinees filio Eleazari Sacerdotis, vt arrepto pugione ingrederetur post virum Israelitem in lupanar, & perfoderet ambos simul: minus malum existimans, statim eos descendere in infernam, quam vt multi alij detestando eorum exemplo perirent. Prætereo notas & exemplares punitiones Nazarei damsonis, Prophætæ Davidis, & aliorum, & aliorum, quæ in præcedentibus capitibus sunt insinuata. Solum addam exemplum Ruben, qui fuit primogenitus Patriarchæ Iacob, cuius tarpitudinem pater eius, imminente morte, tremenda quadam maledictione puniuit, dicens: h. Ruben primogenitus meus, qui esse debuisses inuicium gaudij mei, & honor domus meæ, prior in donis & maior in in. per. o, ac propterea omnibus tuis fratribus præferti debuisses. Sed quia effusus es sicut aqua, permittens, te absque freno à carnali tua

R. 2.

concu.

c. Col. 3. 3.
Per occultā
superbiā
venitur ad
fornicationē
1. Iere. 2. 9.
Superbia
radix pecca-
torum.
c. 1. Re. 3. 11

f. Leuit. 21. 9

Violantium
castitatem
horribilis e-
st pœna.

g. Num. 25. 4.

h. Gen. 49. 3.

Deut. 33, 6.
sit Ruben
paruum in
numero.
i. i. Para. 5. 1
k Gen. 48, 5

Ica. 49. 22.
Superbos &
luxuriosos
Dei hu-
miliet.

m Psalm.

Si vera fuit
penitentia
nunquam
negatur re-
missio.

n Iere. 3. 1.

Misericor-
dia Dei ma-
ior est mi-
seria hu-
mana.
o Ps. 39. 3.

p Isai. 2. 10.
2. 1.
q Cant. 2. 4

r Ps. 103. 18.

concupiscencia duci; teq; ipsum in profundu luxuriae precipitans, sicut
fusa aqua, quae mergitur in terram: non crescit; nec qui praeminencia fructu
quae inter fratres tuos tibi debebatur, nec familia tua crescet, & propaga-
tur sicut illorum: quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius. Quae
poena, ut ei esset magis ignominiosa, transtulit pater eius privilegia & im-
munita ad castum Joseph, omnium fere minimum; & qui ob insignem car-
tatem meritis est nomen Nazarei, & sancti, inter tuos fratres: & ad eum
ascendo profecit, ut fuerit caput k duarum tribuum in Israel, ac propterea
pater eum appellavit: *filium accresces Joseph, filius accrescens*: quasi dicat, semper
crescit, ut totus mundus intelligat, quod Dei maiestas humiliet super-
luxoriosos; & quamvis sedem suam habeant inter stellas, eos inde deturbat
& abijciat vsque ad abyssum, spolians eos gratijs & privilegijs, quae
concesserat: ita ut nunquam crescant, nec proficiant, neq; honorem verum
obtineant. siquidem ipsi effundi voluerunt sicut aqua, & in profundam
luxuriam foueant. Qui tamen contra, *in exaltat castos humiles, & ex-
eos de puluere terrae, ut collocet cum principibus Ecclesiae suae.*

S E D quoniam in hac vita existenti nunquam remissionis ianua o-
ditur, si veram faciat penitentiam: nemo debet fiduciam abijcere, et
videat se tanquam aquam effusam, & sicut lumbari, quod diu fuit sep-
tum, computruisse. Nam qui filium prodigum, impudicum admisit, & ipse
recipiet iterum in domum suam, & lumbaris putridi damna reparabit, ut
sit ad pristinum officium redire. Quod expressè insinuat per eundem Ieremiam
cens: *n Vulgo dicitur: si dimiserit vir uxorem suam, & recedens ab eo, duxerit
alterum nunquid reuertetur ad eam ultra: aut fornicata est cum amatoribus
tamē reuertere ad me, dicit Dominus, & ego suscipiam eam, & iterum praecingam
eum, sicut prius praecingebaris. Maior est misericordia mea, quam tua
feria; plus ego dimittere possum, quam tu peccare: defleas tua peccata
pete confidenter eorum veniam, & ego o preces tuas exaudiens, educam te
latus miseria. & de luto facis, in quo haerebas, & statuiam super petram firmam
pedes tuos, & dirigam gressus tuos in meo obsequio, & immittam in os tuum
verbum laetitiae novum, ut quicquid, tuam mutationem videbant latenter
ultent, & discant sperare in misericordia mea magna.* Excus igitur, mihi
ex fovea ista execranda, in qua haesitas, computrescens in tuis carnalitatibus
quod si cupis te abscondere, *pingredere (ut ait Isaias) in petram, & abscondere
fossa humo, & ut sponsus dixit sponsae, & in foramina petrae, & in caverna marmoris
ingrediens (ut ait S. Hieronimus) per meditationem vulnera Christi crucifixi, & in
de tuo ruminans tanquam gemens columba dolores Salvatoris, & gratiam
tuo peccatorum, quae illi ortu fuerunt causa, haec enim *petra est vnicuique refugium
hermactus, ut spinas excutiat, quibus transigitur. Ingredere etiam consideratio**

ne fouea sepulchri tibi, cū mortuus fueris, aperiendi & excauandi; & stude
 nūc te preparare ad rationē, quæ tūc exigetur, reddendā. Maneas deliberato
 animo diutius in duobus his locis absconditis: & confide in diuina omni-
 potentia, quod licet in ea ingrediaris tanquā putridū lūbare, proditurus sis per
 penitentiam integer & renouatus. Si verò adhuc perinaciter pergere velis
 in sordidis tuis voluptatibus, præpara te ad pœnā suscipiendā, quæ inopinā-
 tem inuadet, cū horrendis cruciatibus, vt videre potuisti in exemplis diuinæ
 scripturæ, quæ recensuimus; & alia innumera potuissimus adferre ex histo-
 rijs Ecclesiasticis, ex quibus tamen vniciū solum proferam, quod narrat Pe-
 trus Cluniacensis, & refert Caesar Baronius in suis annalibus ad initiū tomi
 duodecimi, de Sacerdote quodam, qui excelsæ suæ dignitatis oblitus in hoc
 peccatū fuit lapsus. & per multos annos præceps in illud ruit: nec tamē pro-
 pterea à sacro Missæ faciēdo abstinēbat. Habebat familiaritatē cū monachis
 monasterij Bonæ Vallis, à quibus frequenter, de vitæ emēdatione moneba-
 tur: & bonis verbis spē illis faciebat, sed in suo malo statu persistēbat. Sed
 minime cogitantem grauis morbus inuasit: quem Prior monasterij visitauit:
 & periculum aduertens, mansit cum illo per noctem, cumq; soli essent, cæ-
 pit ægrotus magnis clamoribus Patri priori dicit: adiuua me, adiuua me:
 duo enim ferocissimi leones hic sunt, qui faucibus apertis inhiāt, vt me dis-
 cerpant: ora quæso Deum, vt me ab eis liberet. Quod cū diceret totus tre-
 mebat, & quasi furiosus sese agita bat, vt leones illos fugeret. Tremens itaq;
 Prior tradidit se orationi pro misero illo ægrotante, qui paulò post dixit: iā
 propter tuas orationes ferē illæ abiuerunt, nec amplius comparent. Sed ob-
 litus conuerti ad Deū, cæpit alios sermones de varijs rebus cum Priore mis-
 cere. Sed post vnā horam, alio clamore multò adhuc maiore dixit: heu,
 video flammam igneam de cælo descendentem rectā saper hunc lectum, vt
 me comburat: ora, quæso, Deum, vt me ab eo liberet: à quo vt se defenderet,
 stragula eleuabat, quibus totum se cooperiret: Orauit Prior pro eo adhuc
 feruentius, donec ille dixit, desiste ab Oratione: quia iam Deus ab illo igne
 me liberauit, interposito linteo quodam inter me, & ignem, quod nō potuit
 penetrare. Cæpit Prior illum consolari & exhortari: cumq; mutuo collo-
 queretur raptus infirmus in Ecstasim: Et post mediā noctē redijt ad se dicens
 horrēdis ac tremendis gemitibus: vā mihi, vā mihi: qui ductus ad iudicium
 Dei dānatus in eo sum ad mortem æternā, & horrendis carnificibus tradi-
 tus, qui trahant me ad æternum ignē cum Sathana, & malis eius Angelis. Et
 hic habent sartaginē quandam ignitam pinguetudine plenam, in quo me fri-
 xant. Cumq; Prior inciperet pro illo orare, dixit infelix desine orare: quia
 non exaudieris. Fortē cogitas me delirare? non deliro: sed valde mihi præ-
 sens hæc dico, Et accipiens Priorem ex cucullo dixit: sicut hoc est cucullum,

*Perinacem
inopinata
pœna inua-
det.*

*Pœna sacer-
dotis pro-
lapsi in pec-
catum im-
pudicitia.*



ita quod video est ignea sartago: quo dicto exiliit gutta vna liquoris ex sartagine ad ipsius manum, quam, spectante ipso Priore, rotam combussit, polelem, carnem, & ipsamet ossa: & horrendo quodam gemitu dixit: hoc est experimentum eius, quod iam dixi, & quemadmodum gutta hæc matum consumpsit: ita ignis hic comburet & consumet me totum. Iam tortores sartaginem appropiant, vt me in eam proijciant: & sic infelix exspirauit, tradit miseram animam eam expectantibus. Hanc visionem ostendit Deus in illi sacerdoti: non ob eius vtilitatem, vt ait S. Gregorius, sed ob nostram, vt experimentum capiamus in alieno capite, & ne conculemus castitatem, quam diligenter colendam & seruandam excelsus noster status nos obligat.

CAPVT XII.

LAUDABILIS VERECUNDIÆ AFFECTVS, eius præstantia, & proprietates, quam illa inuentus sit necessaria, & speciatim ad castitatem inuendam.

*Verecundia
Castitati
necessaria.
2. 2. q. 147.
a. 2.
Verecundia
timor vni
turpi est.*

*Verecundia
proditur
facies in
vultu.
1. 2. q. 44. a.
1. ad 3.*

*Timor
verecundus
accendit
vultum.
2. Cant. 4. 3*

*S. Tho. 1. 2. q.
4. 6.
q. 41. a. 4.*

AD CASTITATIS custodiam & ornamentum multum conferunt in particulari tres aliæ virtutes cum heroicis suis exercitijs, quarum primū vna de illi simile & affine, est laudabilis quidam affectus quem Sancti *verecundiā, erubescentiā, vel pudorē* nominant. Quæ affectus (vt ait S. Thomas) sequens S. Gregorium Nazianzenum, & S. Ioannem Damascenum est timor quidam cuiusuis rei turpis, aut indecentis, & magnus quidam horror infamiae & confusionis, quam ob suam turpitudinem & indecentiā coniunctam secū adducit: quam hoc nomine & motiuo fugi iuxta regulas rationis & moderationis, quā illa præscribit. Studiosus hic affectus solet interdū prodi externis aliquibus signis in vultu: proprius enim passionis timoris effectus est sanguinē alterare & spiritus vitales, qui corpori adferūt calorem & colorem: licet non semper eodem modo, vt idem Angelicus Doctor dixit. Timor enim mortis rerumq; terribiliū trahit sanguinem ad interiora, & vultum ipsum relinquit decolorem, & quasi exanimem: timor autem verecundus vultum accendit, roseumq; reddit, & quodammodo depingit genas rubratum solarum coloribus. Quam obrem spiritus Sanctus in Canticis ait: *sicut fragmen mali punici ita gena tua*: comparans sportam pulchritudine. Quamuis addat: *absque eo quod in yris secus latet*, ad significandam: quamuis exterior huius verecundiæ puritas valde sit iucunda & grata: multo tamen maiorem esse internam, quæ sub illa latet. Boni huius affectus radices inseuit naturæ author in hominibus ob duplicem finem. Tum scilicet, vt peccati turpitudinem ac vilitatem fugerent, vel eo nomine, quod sit infame & contemptibile: tum, vt si forte aliquando in illud laberentur, erubescerent ac pudore propterea afficerentur, excitates seiplos ad culpam suam emendam vel eo nomine, vt eius confusionem euaderent. Et

hinc

hinc oritur, quod studiōsa verecundia non solum vitia fugiat, sed (vt idem S. Thomas dicit) eorum signa, & quidquid speciem habet aliquam peccati, iuxta Apostoli consilium, dicentis: *b. ab omni specie mala abstinete vos: nā non solum vera culpa, sed quæ talis videtur, infamiam adfert & confusionē inter homines: quam vult Deus quod in nobis erit, sūclicet fugere.* Suadet etiam Sapiens: *c. curam habere de bono nomine hoc enim (inquit) magis permanebit tibi, quam mille thesauri preciosi.* qua tamen sententia non id intendit, vt præcipua nostra cura sit, procurare bonum nomen & famam: hæc enim esset vanitas & ambitio humana; sed vt procuremus studiosè viuere corā Deo & hominibus; ex hoc enim sequitur bonū nomē; detestemur autem vitam turpē, quæ obscurat ac defædat bonā famam. Hanc curam in se recipit virtus sanctæ VERECUNDIÆ: cuius excellentias breuiter insinuabimus, acceptas ex ijs, quæ de ea dicunt SS. Ambrosius & Bernardus, in quibus ea valde emittit.

§. 1.

SANC TYS hic Christianæ verecundiæ affectus (vs ait S. Ambrosius) est primum fundamentum temperantiæ, & omnium virtutum illam comitantium. Quare qui nouam vitam incipere meditatur, statim debet verecundiæ fundamēta aperire, quæ est familiaris amica animæ tranquillæ, fugit contumeliam, detestatur leuitatē, diligit moderatiōnē, seruat honestatē, & studet verā pulchritudinem obtinere. Cuius ratio est, quod qui erubescit de omni, quod est aut videtur turpe, facile extrahit ex corde suo terram & arenā vitiorum; & aperit fundamenta, in quibus possit virtutum saxa collocare; & quæ iam collocata sunt, facile conseruat, horrore & timore turpitudinis & sordiditatis illa destruentis. Et quoniā maiorem horrorem & pudorē habet de turpitudine luxuriosa: ita est fidelior custos Castitatis, qua comite hæc virtus est securior, vt apparet in a. *Ioseph*, & b. *Susanna*, qui nō habuerunt potentiorē suæ puritatis custodiam, quā sanctam eius comitē Verecundiā: quia plus timebant veram infamiam ex admissa culpa sequituram; quàm quæ eis superuenit ex eo, quod ipsis imponeretur, illam admisisse. Studioſa enim verecundia non tanti facit detrimentum infamiz, quanti culpam eam promerentem: ed quod nihil aded ignominiosum reparet, arque ipsum peccatum: cuius ignominiam, vt fugiat, potē offert iacturam pallij, libertatis, & vitæ ipsius: tolerando paupertatem, infamem, diuturnum carcerem, & mortem ignominiosam, ne verecundiam amittat, aut eius instinctum calcet. Ex quo apparet, quam excellens & potens sit laudabilis huius affectus vis, & quam tremendum culpæ horrorem imprimat. siquidem sufficit horror ipse ad timores rerum valde terribilium, quas mundus tantopere timet, superandos; conculcando illos omnes, vt culpæ turpitudinem euadat.

S. n. vterius adhuc progreditur laudabilis huius affectus excellentia. ed

quod

Verecundia
fugit vitia
& signa vi-
tiorum.

2. 2. q. 144.

a. 4. ad 2.

b. 1. Thess. 5.

27.

c. Eccl. 41. 15

Studiosè vi-

uere coram

Deo conari

debemus.

Lib. 1. Offi. c.

17. 18. & 19.

L.

Ca. 43.

Verecundia

fundamen-

tum temper-

antia.

Verecundia

fidelis cus-

todiam cu-

stos.

a. Gen. 37.

b. Dan. 13.

Cap. 8.

*Verecundia
virtutum
reparator.*

c Luc. 18. 13

*Oratio pec
catoris quò
plus habet
verecundia
eò plus obli
uet gratia
Homil. 33. in
Euangel.
d Luc. 7. 38.*

3.

*Verecunda
indicijs se
prodit.*

c Cap. 1. 8.

*Serm. 40. in
Cant.
f. Can. 1. 10.*

*S Bern. 42.
in Cantica.
Tom. 1.
Tract. 3. c. 9*

4.

*Verecundia
facis iustum
cū laudatur
erubescere.*

quòd non solū sit fundamentum virtutū, sed etiam arūdem reparator. Nō
si ex nostra debilitate in culpas aliquas labimur: sancta verecundia viā
bis aperit ad pœnitentiā, vt de admissis doleamus; datq; orationi vim & ef
ficacitatē, vt earū veniam à Deo impetremus; ac proinde, vt gratiam nobis
restituatur cum virtutibus illis, quas per peccata destruxeramus. c. *Publicanus*.
(ait S. Ambrosius) cum tēta verecundia orabat, vt oculos nollet lenare ad eum
quem verecundia exaltabat plus quàm Pharisæum: cū hunc præsumptio
arrogātia abijceret. Oratio enim peccatoris ob suas culpas erubescētis, et
plus habet verecundiæ, eò plus obtinet gratiæ. Neque minùs potentem
efficacē in hoc se ostendit hæc virtus, quā in prædictis: tantum enim ad
culparū admissarum horrorem, vt quæ eas per pœnitentiā deleat, nullā
meat infamiā, quòd S. Gregorius in d. *Magdalena* valde perpēdit, dicēs: quā
flere, & inter epulas non erubuit: nam quia semetipsam grauiter erubescē
bat intus, nihil esse credidit, quòd verecundaret foris. Quòd ipsam etiā
uertimus in multis fueret tibus pœnitentibus; qui, quòd valde illos pudet
ob turpitudinem suarum; culparum: vt ab eis liberentur, nullā timent in
miam, quæ euenire illis possit ex earum confessione; non solum quæ sit
cultē, sed si opus esset, etiam publicē. nullam enim infamiā maiorem
cant, quàm quòd coram Deo eam promereantur.

Ex quo etiam alia oritur Christianæ verecundiæ præstantia: quòd
tim indicijs se ipsam prodat, dū reprehendimur de aliquibus vitijs ac def
ctibus, quæ in nobis notātur manifestat enim interiorē erubescētis colo
ribus ad genas prodeuntibus: qui multò amplius spiritum exornāt, quā
opus; eumq; reddūt Deo & hominibus gratū. Quòd benè confirmat id quod
euenit spōsæ cū ab spōso suo reprehēderetur ob audaciā, dixit enim: *e si
noras te o pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum, & pas
hedos tuos iuxta tabernacula Pastorum*, qua reprehensione ad eò timida & vero
cūda māsit, vt, teste S. Bernardo, rubicūda euaserit valde, faciesq; tota accē
qui color ad eò fuit eius dilecto gratus, vt statim eā laudauerit, dicēs: *f pulch
sum genæ tuæ sicut turturis*, volēs insinuare, quòd quemadmodū turtur, prius
socio amisso, sola permanet, gemitu ostēdens pœnā, quæ ex eius absentia af
ficatur: Ita anima, quæ ob reprehensionē suæ culpæ, timet absentia, & irā De
lui: verecūdia, & coloribus genarū suarū confusione & pœnā manifestat, quæ
p̄pterea afficitur: & hac ratione pulchrior euadit in oculis diuini sui spōsi
cui summè placet; quòd, qui reprehēditur, respōdeat mōsuetē, ac quiescat ve
recūdē, obediāt modeste, & cōfiteatur humiliter, vt in alio loco exposuim.

SED non ad eò mirum est, quòd verecundia colores ad faciē educat cū la
stus de suis defectibus reprehenditur: sed illud magis mirū, quòd idē faciat,
cū laudatur ob suas virtutes. Quia nō multū est, quòd erubescat audlēs suās

cul

culpas, quæ secum adferunt infamiam; sed magnū quid procul dubio est, quod erubescat, auditis suis virtutibus, quæ sunt honore dignæ. Sed id facit humilitas, quæ ad utrumque vitur filia sua verecundia ideò; non solū confunditur ob culpā, quā audit, & agnoscit, sed etiam erubescit, cum suas audit laudes: quia timet periculū ac damnum, quod ex eis sibi potest præuenire. Et præterea ipse non inuenit intra se rem aliquā propriā laude dignā, sed potius cōfusionem: nā bonū, quod in se sentit, Deo totū tribuit; sibi autē soli, quod est malū. Ac propterea in eodē libro Canticorū, ut supra dicebamus; cū spūs laudaret sponsam, inter alias eius laudes hanc inserit: *sicut fragmen mali punici, ita genatua absq; eo, quod intrinsecus latet, volēs significare, spōsam nō ostendere verecundia exteriūs, quod interiūs, & in corde vacua esset virtutibus: nā potius plenā esse, sicut malū punicum plenū est granis cum stupendo ordine & pulchritudine: sed quod omnes exornaret humilitate interna & verecundia externa eas conferuaret.* Eum in modum quo Ruth cum suas laudes à Booz audiuit, *hæc Rut. 2. 10. Vide Rich. super Cantic. c. 4. 0.* *caecidit in faciem suā dicens: vnde michi hoc ut inueniam gratiam ante oculos tuos, quasi erubesceret, quod laudaretur, nihil in se aduertens laude dignum.*

Ex quo etiam fit, ut humilis verecundia vereat, & virtutes suas in publicū producere, acceptare dignitates, & videre se in occasionibus autoritatis & amplitudinis alicuius cōstitutā. Quāvis quod illa magis laborat sicut malū punicum, pulcherrima virtutū & gratiarū suarū grana occultare: eodē Deus magis illa manifestat & ided nō dixit, esse similitē integro malo punico, sed secto: quod parte aliquā ostendit eius, quod intus habet. Tales fuerunt i *Moyse & Jeremias*, quos cū Deus elegisset ad gubernandum populum Israël, diuiniūq; ipsius verbum ei prædicandum; se humiliter exculabant: erubescerent sancto quodam timore aggrediendi egregia aded facinora; quamuis diuina gratia ea poterāt benè prestare: sed hic ipse illorū timor ad tāta officia & dignitates, aperuit eos esse dignos officio & munere, q; illis Deus iniūgebat.

Et ut semel summam huius virtutis præstantiam referamus eam (ait S. Ambrosius) aperuisse: Virginem Sacratissimam cum summa congruentia promeritam fuisse supremam matris Dei dignitatem, quam illi Angelus annunciabat. In cuius præsentia sancto quodam pauore turbata est, videns prope se solam virum quendam tantæ elegantia & pulchritudinis. Quæ etsi humilis esset, ob pudorem tamen virginalem nec resalutauit salutantem, nec aliquod responsum dedit: donec necesse fuit, eum interrogare, quomodo mater fieri posset cū promississet se mansuram semper virginem. Quāobrem eminentissimè poruit spiritus Sanctus de dādicere, quod eius genatua essent sicut fragmen mali punici absque eo quod intrinsecus latet: fuit enim stupēda virginalis eius verecundia; sed multo adhuc magis prodigiola fuit interior virtutum omnium plenitudo: ob quas promeruit ab ipso Angelo vocari plenā

Verecundia
confusione
se dignum
putas.

§ Cant. 4. 3.

h Rut. 2. 10.
Vide Rich.
super Cantic.
c. 4. 0.

§
Verecundia
veretur ac-
cipere digni-
tates.

i Exod. 3. 11.
§ c. 110.
k 1. 6.

§
Verecundia
virginem
Mariam fe-
cit Dei mā-
terem.

ri plena gratia; ita insinuans, eam instar *malis punicis* ite plenam esse caelestibus illis granis, ut nihil intra eam esset vacuū, sed *omnium plenitudinē* habere quam suprema dignitas, ad quam Deus eā elegerat, positulabat; a qua plenitudine splendorum humilitatis, modestiæ, verecundiæ, & castitatis prodibant.

Serm. ult. in
Cantica.
a Can. 3. 1.

5. 2.
Sed incundum erit audire quæ de hac virtute dicit S. Bernardus, quasi ostendit
Spendio referens quæ hætenus diximus, circa illa sponsæ verba: *in lectulo per noctes quæsiui quem diligit anima mea*: aduerte, inquit, sponsæ verecundiæ
qua nescio an quicquam gratius aduerit in moribus hominum queat. Hoc
primū omnium libet quodammodo in manibus sumere: & quasi speciosam
quendam florem decerpere loco, nostrisq; apponere adoleſcentibus. Nō quod
non sit & in proſectiori ætate omni studio retinenda; quæ est certè omni
ornatus ætatum: sed quæ teneræ gratia verecundiæ in teneriori ætate amplius
pulchriusq; eniteat. Quid amabilius verecundo adoleſcentis? quam pulcherrima
hæc, & quam splendida gemma morum in vita & vultu adoleſcentis? quam pulcherrima
vera & minime dubia bonæ nuntia spei, bonæ indolis index? Virga disciplinæ
næ est illi, quæ pudēdis affectibus imminēs, lubricæ ætatis, morus actusq; liberos
ues coercet: comprimat insolentes; quia soror continentiæ est. Nullū autem
manifestū indicium columbinæ simplicitatis: & ideo etiam testis innocentiæ
Lāpas est pudicæ mentis iugiter lucens; ut nil in ea turpe vel indecorum
fidere attendet, quod nō illa illicō prodat. Ita expunctrix malorū; & propugnatrix
gnatrix puritatis innata: specialis gloria cōscientiæ: & famæ cultos, vitæ
cus, virtutis sedes, virtutum primitiæ, naturæ laus; & insigne totius honestatis
Rubor ipse genarū, quæ forē inuexerit pudor, quantiū gratiæ & decoris ful-
fulo afferre vultui solet? Vsq; adeo genuinū animi bonum verecundiæ est
& qui malè agere nō verentur; videri tamen verecundentur, dicente Dom-
no. *b. omnis, qui malè agit, odit lucē.* Sed & qui dormiunt, nocte dormiunt; & qui
ebrii sūt nocte ebrii sunt: opera nimirū tenebrarū & digna latebris, tenebris
occultantes. Interest tamen, quod occulta dedecoris, quæ verecundiæ honestatis
non habere, sed prodere erubescit: sponsæ verecundiæ omnino non operari
sed exspuit, sed propellit. Idcirco ait Sapiens: *c. est confusio adducens peccatum.*
Et est confusio adducens gloriam: Et gratiam. Quærit sponsa verbum verecundiæ
quidem: quia in lectulo: quia per noctes: sed hæc verecundiæ habet gloriam
non peccatum. quærit hoc ad purificationem conscientiæ: quærit ad testi-
monium, ut possit dicere: *d. Gloria mea hæc est: testimonium conscientiæ meæ.*
lectulo meo per noctes quæsiui quem diligit anima mea. Verecundiæ tibi, si aduerit
& loco signatur & tēpore. Quid tam amicū verecundo animo, quam secre-
tum? Porro secretū & nox & lectulus habet. Deniq; orate volētes, in lectulo
intrare cubiculū: utiq; secreti gratia. Id quidē ad cautelā, ne corā orātib; homi-

humana

humana orationis fatur fructum, frustretur effectum. Sed doceris nihilominus verecundiam gentilitia hac. Quid tam proprium verecundia, quam proprias vitare laudes vitare iactantiam. Pate: quod signanter & ad verecundiam, orantibus, petere secretum indixerit pudoris filius & minister. Quid tam in decorum maxime adolefcenti, quam ostentatio sanctitatis. Bona commendatio sequitur orationis, si præmittas verecundiam, dicens: *f Adolefcentulus sum ego & contemptus: iustificationes tuas non sum obtinens.* oratio enim verecundo colorata rubore valde grata est, & serena ac splendens in oculis Dei: quæ propterea facile quod petit, obtinebit. Hæc omnia S. Bernardus.

INTER eius autē sententias præcipue consideratione digna est illa, quæ ait verecundia etsi omnibus necessaria in quacunq; ætate, tēpore, & loco, multo tamē amplius pertinere ad adolefcentes & Virgines, & paruz ætatis personis. Quod etiā prius docuerat S. Ambrosius, addēs: quemadmodū natura senes ornauit grauitate, & viros fortitudine: ita adolefcentes dotauit verecundia. tenera n. ætas valde lubrica est ad peccata speciatim carnalia: ideoq; maxime opus habet freno verecundia, quæ luxuriā reprimat. Ac propterea forte dixit idē Sanctus, verecundia maxime eminere in personis elegantiōrib; nō quod virtutē in corporali elegantia collocemus; sed quod artifex peritus in materia aptiori melius sculpat figuram; & natura prouida pulchritudinē verecundia frangat: eod quod maiore præbeat occasionem offuscandi, & inficiēdi castitatem culpæ fœditate. vt etiā dictum est, cum egimus de matrimonio.

IVVENES præterea, & qui viam virtutis auspiciantur, opus habent correptione in multis rebus. in quibus necesse esset aliās impingere: Vt autē correptio illis sit utilis, plurimū iuuat, eos esse verecundos: sicut etiā efficit verecundia, ne ante tempus ostentare se velint, aut in publicum cum iactantiæ & inanis gloriæ periculo prodire; & vt silentium seruare nouerint, & modesti, compositique sint in suis moribus. Id enim totum efficit Christiana verecundia: quæ vehemētius occupat tyrones in virtute: vt sic eos ita intra limites contineat, ne ad vnum aut alterum latus declinent.

Ex his deducitur, (vt S. Thomas perpendit) laudabilē hunc affectū, præcipuū suū locū habere in ijs, qui mediocriter sunt boni, aut mediocriter mali. Hi n. aliquem habent virtutis amorē, & opinionem, simul cum vitij aliquo contemptu & parua æstimatione. Sed quoniā ex imbecillitate aut vehemēti passione, vitio aliquādo succubunt, incedūt verecundia & cōfusione pleni: tū ob admissā turpitudinē, tū ob eā, quā timēt, se admissuros. Ex hoc ēt, pueni (eodē sacro Doct. teste) eūdē affectū, neq; in valde p. bis, neq; in valde im. p. bis locū aliquē, & aditū habere: quāuis ob rationes cōtrarias. Nā valde p. bi, & in virtute diu exercitati, pcul valde sūt à re aliqua turpi admittēda, ex qua cōfusio q. dā, aut dedec. p. iplis oriatur: ac p. inde valde procul sūt ab aliquo verecundia

”
”
”
”
”
”
”
”

Verecundia ad adolefcentes & virgines maxime pertinet Lib. 1. Off. c. 17. & 19.

Verecundia luxuriam reprimat.

Tom. 2. Tract. 5. c. 6. Correptio utilis vs sit necessaria est verecundia

” 7. 144. 4. 4.

Verecundia nec in valde probis nec in valde improbis locum habet.

Valde im-
probi abie-
cerunt ve-
recundiam.
Gler. 3. 1.

h Psal. 57. 7

i Ezech. 1. 7
Non erubef-
cere impa-
ritentia se-
quitur.

Homi. 10. in
Ezech. Sup-
primam Pf.
Pauitrem ad
finem.

Verecundia
nimis vi-
tiosa est.

Verecundia
ex defectu
naturali est
signum de-
ficiencie hu-
militatis.
1. 2. q. 145.
a. 4. ad 2.

cundix exercitio: quamuis ita sint dispositi, vt si quid admitterent, quod
deceret, valde propterea erubescerent. Contra: an omni valde improbi, omni-
no abiecerunt verecundiam ex peccato: quia non reputant ignominiam illam
admittere; sed potius de eo gloriantur, sicut infelix Ierusalem, cui dixit Do-
g frons meretricis salta est tibi, noluisi erubescere. Quando autem peccator ad ma-
leru ad eod statū peruenit: valde propē est, vt in eternū pereat. Quia neq;
prehensiones timer, nec monita & cōsilia ei profunt; neq; se ipsum conuincit
cogitās, quid alij de ipso sentiēt aut loquētur: potius quasi effrenis equus
quitur vitia absq; villo Dei, aut hominū timore: eō quod apud oēs verecun-
diā deposuerit: & ita incidit in peccatū impēnitentię & obstinationis, ho-
turās quasi assis sur de aures suas, ad vocē Dei, eiusq; ministror; suūq; in-
durans cor, vt nec signū in eo imprimāt, iuxta illud q; Ezechielī dixit Deus
populo tuo: i domus Israel nolūt audire te: quia nolūt audire me. & vtriusq; cau-
est: quia omnis domus Israel attrita frōte est, & duro corde. Attritā frōte habet
est nō regi vultū verecūdia, cū malē agit; nec opus habere frōte, vt sanguis
& colorē auertat, quē efficit verecūdia. Ita n. eā à se abiecit, vt nec signū op-
dē eius reliquerit, aut se sequat: quod propriū est hominū impudentiū
ob suā impudentiam perueniūt (vt ait S. Gregorius) ad tantā cordis duritiā
vt nō plus sentiāt, quā lapis, vocē reprehendentis, aut manū puniētis: quā
signa sunt certa futurę perditionis. Ex quo apparet quā sit noxia ac perni-
ciosa perniciosi huius affectus iactura: quā ostiū occluditur cōuersioni & iustifi-
cationi; aperitur verd obstinationi & impēnitentię: ac p. inde eternę dānationis
s. 3. Moderatio eiusdem affectus.

CVM DETRIMENTA hactenus ostenderimus, quę ex verecundia
fectu oriuntur: operę preciam erit etiam illa insinuate, quę ex nimia
verecundia proueniunt: si enim illa erit nimia, etiam erit vitiosa; & nō
modum aptum & conuenientem deducatur: quod natura nobis dedit ad
tilitatem, conuerteretur in nostrum detrimentum. Id autem in tribus casibus
euenire potest. Primus est, quando verecundia oriretur ex defectu aliquo
naturali, aut violento, in quo nulla admiscetur culpa: quale esset, si quis erubescer-
ceret, eō quod esset strabo aut luscus, blefus, pauper, ignobilis, aut mechanicus,
aut similem ob causam. Hęc verecūdia, vbi plurimum prodit defectus
humilitatis, & animū superbum: ex quo oritur vt erubescat, & pudore
ficiatur ex eo, quod in hominū ore est contemptibile, quamuis in oculis
Dei non sit tale quare huiusmodi verecundia in viris tantum imperfectis
locum habet: nam perfecti gaudere potius solent, quod contemptum
& careant multis rebus, quas homines magni faciunt. Et ob eandem
tionem imperfecti erubescunt ob culpas falso sibi impositas: eō quod ab
quid ipsorum honori detrahatur: perfecti autem (teste Sancto Thoma) ob-



tēnunt huiusmodi infanti, quasi rem parā ad se pertinentē : ideoq; nō multum propterea erubescunt, quāvis non desinant motus aliquos pudoris sentire, rationem ipsam & libertatem prægenientes: quibus tamen strenuē resistunt, animūq; resumunt ad gaudendū, q; sine culpa sua iniurias patiantur.

SECUNDVS casus prioris deterior est: cum quis erubescit de actionibus virtutū, quas huius sæculi homines contemunt: quale esset pauperibus ministrare; iniuriā a se alteri illata veniam petere; eorum defectus & vitia reprehendere, qui ipsius curæ & directioni sunt commissi; euangelicā veritatem, & alias profiteri & prædicare. quod si verecundia hæc aded cresceret, vt ab huiusmodi operibus nos retraheret: valde esset vitiosa. Cōtra quam Christus D.N. tremendam illam protulit sententia: *qui me erubuerit, & meos sermones: hūc filius hominis erubescet, cum venerit in maiestate sua, & Patris, & sanctorum Angelorum.* Hoc. n. voluit significare: qui ex pudore omiserit credere doctrinam meam, meisque sermonibus obedire: & ego in die nouissimo ita me cū ipso habebō, atq; si de rebus eius erubescerem, nec dignarer illum apud me habere; sed a mea societate & comitatu repellerem. Et vniuersim (ait idem Angelicus Doctor) *Lex imperfectione Virtutis oritur pudorem, ob cōtemptus, & opprobria ex operibus virtutum prouenientia: Nam quō quis magis est virtutis studiosus, eō minus curat bona hæc aut mala externa. Ad hanc autē perfectionem exhortatur nos Dominus noster per Ilaiam Prophetā, dicens: nō time timere opprobrium hominum; & blasphemias eorum ne metuatis; sed potius egredite & exultate (ait Christus) cū maledixerint vobis homines, & dixerint omne malū aduersus vos mentiētes propter me; quoniam merces vestra copiosa est in caelis.* Quare Apostoli, qui tempore quo Christus patiebatur, erubuerunt ipsum confiteri; post aduentum Spiritus sancti, ex cuius plenitudine euasertant ipsi perfecti, non solum non erubescabant Christum confiteri, sed d *exultant e phariseorum consilio gaudentes, eo quōd digni habiti essent, pro nomine Iesu contumeliam pati.* Ad hoc autem, institutum fuit Confirmationis Sacramentum, vt suo loco declarauimus.

TERTIVS casus est: cum quis commissā culpā confiteri erubescit, timens contemptū inde sibi gēturū cum in modū, quo Adam & Eua erubuerūt ob culpā, & nuditatē ex ea ortā: quāvis tanta ea fuerit, vt eā cōfiteri erubuerint; & potius conati sint eam excusare. Sed de hoc casu fufius actum est, cum egimus de cōfessione, ad quē locū nunc remittimus lectorē. Solum nunc addo: ad humilitatis virtutē spectare, nimia hæc verecundiam moderari in tribus prædictis casibus. Perfecta enim humilitas erubescit culpas admittere: non verō admissas confiteri; Erubescit, cum audit suas virtutes laudari; sed nunquam eas exercere: Et vniuersim nō timet infamiā propter se ipsam, sed ob eius causam. Quod si causa est culpabilis, erubescit propter eam, & studet remouere.

2.
Verecundia defectus est erubescere in virtute.

a Luc. 9. 29.

Art. 2. ad. 1.
Ex imperfectione virtutis oritur pudor.
b Isa. 51. 7.
c Mat. 5. 11.

d Act. 5. 41.
Tō. 1. Tra. 3 c. 5.

3.
Verecundia defectus cum culpam confiteri erubescit.
Tom. 1.
Tra. 3 c. 5.



c1. Pet. 4. 13
f. Mat. 5. 10.

2. 2. q. 160.
a. 1. ad 1.
ar. 2. ex Cic.
l. 2. de In-
uent.

Modestia
superbia
motus mo-
deratur.

I.
S. Tho. 2. 2.
q. 161. a. 1.
Hom. 3. in
Luc.

vide Ians.
Pro. 22. v. 4.
Nimia sci-
endi deside-
ria modestia
reprimat.

2.
2. 2. q. 166.
a. 1.

Rom. 3. 3.
Modestia
corporis mo-
tus mode-
ratur.

3.
2. 2. q. 168.
a. 1. ad 1.
1. l. Of. 19.
Modestia
vestitum
moderatur.

4.
2. 2. q. 169.

mouere: si autem talis non est, potius gaudet, quod contemnatur: nam in-
mia absq; culpa viro humili, est quasi bolus sine ossibus, & mel absque felle
lud amaricante. Nam, vt S. Petrus dixit, hac ratione *communicat Christi pas-*
sionibus: & idem est, atq; si *persecutionem* pateretur propter iustitiam, & glori-
nominis Christiani, qui gloriatur de contempribus, in quibus culpa non habet

CPAVT XIII.

VIRTYTEM MODESTIÆ, ORNAMENTVM ESSE ac protectionem Castitatis
multiplicem esse eius præstantiam & vtilitatem; damna quoque immodestia

ADEO eminet apud homines virtus modestiæ, vt (teste S. Thome) commune omnibus virtutibus nomen, ei quasi proprium ac-
buerint: non quod ipsa omnes præcellat; sed quod earum sit in-
cium, modumque valde incundum in rebus omnibus ponat. Cuius
ius sphaera (vt idem Angelicus Doctor ait) valde protenditur: complectitur
enim quatuor partes valde insignes, tanquam quatuor flumina tetractis
ius paradisi, Deo & hominibus aded placentis.

PRIMA Modestiæ species est, quæ motus omnes elatos, inanes, & in-
gantes Superbiæ moderatur & hæc insignis est virtus humilitatis, quam
ste Origine, Philosophi propterea Modestiam appellarunt, quod in re-
omnibus sese metiatur ac moderetur iuxta propriam paruitatem; elatos
inflatos reprimens spiritus, quos effrænis nostra natura producit. Ac pro-
pretea etiam ipsa Scriptura sacra eodem nomine illam vocat; & vocabatur
hebræum, illam significans, significat propriè Modestiam.

SECUNDA species est, quæ nimia sciendi desideria, ad quæ curiositas in-
nat, moderatur: ne a plus sapere velit, quam oporteat sapere, sed sapere ad sobri-
tem, vt dixit Apostolus. Et hæc est virtus illa, quæ vocatur studiositas, quæ
studia sua metitur ac moderatur iuxta humanam capacitatem; nec limitat
transgreditur naturalis luminis, & fidei, a quibus dirigitur.

TERTIA species Modestiæ est, quæ externos omnes corporis motus mode-
ratur ac gubernat iuxta qualitatem personæ, negotiorum, locorum; ac tem-
porum: ita vt nihil indecens faciat, quod à recta ratione degeneret. Mode-
stia enim & vitæ pulchritudo (vt ait S. Ambrosius) consistit in eo, vt cuius
personæ detur quod ei competit; & cuiq; negotio proprium ornamentum.
Hæc ipsa modestia extendit se etiam ad ludos & solatia, quæ necessaria sunt
ad conseruandam vitam, & perseuerandam in serijs grauib; que virtutum
exercitijs; adhibita in eis mediocritate ac moderatione, vt iuuare possint
non verò nocere fini ipsius virtutis, ad quem dirigitur.

DENIQUE quarta species Modestiæ moderatur vestitum, & ornatum cor-
poris, omnemq; pompam & apparatus externum: præcindendo nimitatem
quæ spirat vanitatē, sensualitatē, curiositatē, aut singularitatē aliqua: accom-

mod.

modestie autem communi prudentium consuetudini, & moribus, iuxta qualitatem suam personarum, status, & officii, Eundem in modum, quo S. Petrus dixit: ut mulieres temperarent sibi a nimio cultu vestimentorum, & seruirent Deo Spiritu quodam quieto & modesto, qui est in conspectu Dei locuples. Hic enim Spiritus qui prædictas quatuor partes amplectitur, animam repleti ingentibus spiritualibus diuitijs: iuxta illud Salomonis: sine Modestia timor Domini, diuitia gloria & vita. Quibus verbis quatuor ingentia Modestiae bona insinuauit, quæ præcipue quidem in caelo, sed in hoc etiam mundo dantur. Timor Dei scilicet castus, qui aeternum permanet; virtutum diuitiarum gloria, & honor in conspectu Dei, Angelorum, & hominum; & vita beata pacifica, & quæta: eo modo quo paulatim iuxta nostrum Institutum explicabitur: præmissis, quæ de matrimonij statu sunt dicta.

§. 1.

MODESTIA in omnibus suis speciebus, nominatim autem in duabus ultimis, quæ huius virtutis nomen retinuerunt, est fidissima comes & loca Virginitatis & Castitatis, quemadmodum S. Apostolus insinuat in eo ordine, quo refert duodecim fructus Spiritus Sancti tres. n. ultimos ponit a Modestia, Continentia, Castitate. Spiritus. n. sanctus, v. in Iustus proferat fructus Continentiæ, quæ sensuales passiones reprimat; & fructus Castitatis, quæ eandem iam sibi subiectas habet, inspirat fructus Modestiae: quæ simul est ornamentum & pulchritudo spiritualis animarum castarum propria; & protectio ac defensio sui ipsius contra hostium impugnationes. Et quemadmodum perfecta corporis pulchritudo ex eo oritur, quod omnes eius partes propriam habeant pulchritudinem, & proportionem cuique; & cuiuscumque; illarum turpitudine sine defectu, in causa est, cur corpus ipsum non sit plene pulchrum ac perfectum: ita spiritualis pulchritudo Modestiae oritur ex eo, quod omnes corporis partes & omnes sensuum actiones, & reliqui motus hominis exterioris suum seruent modum ac decetiam, statui suo, iuxta prudentiæ regulas, conuenientem. Ita ut oculi propriam habeant modestiam, dum aperiuntur, dum clauduntur, ac dum adspiciunt; lingua, dum tacet, dum loquitur, & in modo verba proferendi, suaque; sensa manifestandi; caput, manus, brachia, & pedes sua quoque; seruent modestiam in omnibus corporis motibus. Eandem quoque; compositionem ac decetiam seruent in vestibus, calceis, & reliquo ornatu, qui competit cuique; corporis parti. Hæc est pulchritudo, de qua cælestis sponsus laudat sponiam in duobus capitibus libri Canticorum, discurrens per singulas eius partes. Et in altero eorum ita incipit: *b quam pulchra es amica mea, quam pulchra es oculis tuis columbarum absque eo, quod intrinsecus latet.* In altero ita ait, *c quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis, sicut Principis.* quasi dixerit, admiron, & obstupesco pulchritudinem & compositionem, quam in omnibus tui corporis partibus habes, à pedibus usque; ad caput. Pedes tui, decet-

b 1. Pet. 3. 40

c Pro. 22. 40

Tom 2.
Tra. 5. 6. 6.

I.
Modestia
comes virginitatis.
a Gal. 5. 23.

b Cant. 4. 1
c Cant. 7. 1.

ter-

ter sunt cooperiti, suosq; gressus quietè, grauitè, & pulchrè dirigunt: cui tanquã simplicis colubæ sunt, modesti, verè cuncta. Et quãuis multum omnibus exterius cernatur: multò tamè plus est, q; intrinsecus latet. Quæ n. exterior corporis modestia magni sit faciendâ: multò tñ excellentior ac præstantior est interior sp̄itus modestia: quæ, vt superius dicebamus, dicitur in sp̄itu Dei locuples: & quomodo locuples non erit, quæ se cū adfert ordinè rectitudinè internarū omnium animæ facultatum, in omnibus cogitationibus, & affectibus? hoc n. non obtinetur, nisi perfecta virtutū omnium cōtentione. Ac propterea S. Thom. dixit, exteriorè modestiam procedere ex interioris hominis bona cōstitutione, & cōpositione; nec sine ea posse cōsistere.

Modestia rectè est sicut sanitas, quæ prouenit ex recto ordine & proportionè humorū. Nam, quando illi bene sunt cōpositi, salus est perfecta: cuius indicia prodeunt ad ipsam faciè; & ex omnibus corporis affectionibus facillè cognoscitur; si autè illi perturbentur, vel solus vnus nō seruet suã proportionè: ille sufficit, vt sanitas deficiat. Cuius etiã externa indicia id produnt: igitur quando omnes animæ passionès benè sunt mortificatæ, & virtutū præsentia cōtinentur: si nimis apparet ac præluet exterior modestia tantarū carū fructus: sed statim atq; interior illa cōpositio perturbatur: apparet quoq; ei⁹ signa exterius. Ac propterea dixit Eccl. e ex visu cognoscitur vir, & ex cursu facies cognoscitur sensatus, amict⁹ corporis, & visus dentium, & ingressus hominis enunciant de illo. Nam si hæc omnia externa ordinem & rectitudinè suam in omni loco, occasione, & tempore tenent: optima sunt signa, quod interiora bene sint ordinata & cōposita: si autem hæc ipsa externa turbantur, non rectè incedunt, indicium etiã sunt interioris animi perturbatio: nam squalis est arbor tales producit fructus, & ex illis illa cognoscitur.

SED vltèrius adhuc excellens hæc virtus progreditur: nã nō solum est bonorum operum fructus; sed simul est eorundè custos, & protectrix; non tantum verò castitatis: quã instar thoracis cuiusdã ferrei, fortis, pulchri, valde splendens, ex omni parte protegit, ne hostium ictus, & globi eam deiciant. Illa pactum exequitur & gædium, quod pepigit Iustus cum oculo suo, vt nongitet quidè de virgine; hæc seipis spiritus aures suas, ostendens, se pungi, cū audiat impia verba; ori adhibet frænum, ne similia colloquia exeat; & lingua siquoddam adhibet pōdus, vt quidquid loquetur, benè prius perpendatur, ne pōderetur; cōpedes adhibet pedibus, ne in pratibus gressibus labatur; manibus inijcit, ne ad prauos tactus extendantur. Deniq; ita exteriorem hanc minem moderatur, & mortificat: vt interiori non adferat occasionem effundendi, & inficiendi; & ita vestitum, & corporis ornatum componit, vt sua nimietate, aut curiositate, neque gestanti, neque aspicienti detrimētum adferat. Quare Modestia est quiddam pulchritudinis correctiuum.

d 1. Pet. 3. 4.

2. 7. q. 168. a. 1. ad 3.

Modestia est quasi moderatio humorum.

e Eccl. 19. 26.

e Mat. 7. 17. Modestia bonorum operum custos. g Job. 31. 1.

h Es. 18. 28.

Modestia est correctiuum pulchritudinis.

solentque Deus utramque in suis sponſis coniungere : non ſolum ut illæ non impugnant; ſed etiam, ſe alij abantur, aut illas interurbate audeant. Nam ſi pulchritudo permouet cor eam aſpicientis: rara perſonæ pulchræ Modestia illud cohibet ac reprimi; ne dicere audeat, aut facere aliquid, quod offendat eam: quæ puritatem, & Modestiam præ ſe fert. Vtrumque fuit in Sacraſſima Virgine Domina noſtra cum ſingulari eminentia. nam (vt S. Thomas & alij Doctores aſſerunt) cum eſſet pulcherrima: ad eò tamen rara eius Modestia & compoſitio fuit : vt ex ipſo eius aſpectu homines permouerentur, & aſſicerentur ad Caſtiram; & ſi quas alias habebant tentationes; ipſo eius aſpectu conquieſcebant & componebantur: quem admodum S. Ambroſius pie perpendit, dicens: tanta erat eius gratia, vt non ſolum in ſe Virginitatem ſeruaret; ſed etiam ſi quos viſeret, integritatis in ſigne conferret. Et ita exiſtimo illam facere conſueuiſſe, quoties cum ſuo ſponſo Iosepho agebat; cuius caſtitas creſcebat magis, & profundius in eo radicabatur: cum illam aut aſpiceret, aut alloqueretur. Eandem excellentiam cum maſori adhuc exceſſu habuit Chriſtus D. N. qui, cum admirabilis eſſet pulchritudinis, ad eò tamen erat ſingularis & præcellens eius modestia, & iplendor ſanctitatis, ac diuinitatis, qui diuinam eius faciem ſuffundebat, vt à nemine vnquam inordinatè cõcupiſceretur, ſed honeſtatem potius infunderet omnibus, ipſum aſpicientibus. Quamuis autem modestiæ virtus per ſe ipſam ſolum non ſufficiat, (vt ait idem S. Thomas) ad rem adeo inſignem & excellentem præſtandam abſq; alio ſpeciali dono ipſam comitante; non tamen ipſa parum ad id cõducit. Ac propterea digna eſt quæ magno ſtudio procuretur.

§. II.

EX DYABVS his Modestiæ excellentijs, quibus ad eò ornatum & conſeruationem Caſtitaris iuuat ac promouet, ſequuntur alia non minoris momenti, & ad perfectionem noſtram, & bonum proximorum.

NAM imprimis, Modestia magnam adfert authoritatem & opinionem ei, qui illa præditus eſt: & propter eam diligitur, & in honore omnium eſt, ac veneratione, eò quòd indicium ſit egregiarum ipſius virtutum. Iuxta illud quod S. Iob de ſe ipſo dixit: *ſi quando ridebam ad eos, non credebant: & lux vultus mei non cadebat in terram.* voluit Eni: ſignificare: ſe in tanta veneratione fuiſſe apud omnes, ob Modestiam & grauitatem ſuam; vt etiam ſi quando coram eis rideret, non tamen aliquid de reuerentia, & veneratione diminuerent; nec id leuati alicui, ſed potius prudentiæ & grauitati tribuerent; aut occulto alicui myſterio, quòd ipſi non aſſequerentur. Quod verò dicit: *lux vultus mei non cadebat in terram,* propterea addidit: quòd nihil ipſe vnquam faceret, propter quòd non poſſet abſq; verecundia oculos ſuos in cælum eleuare; aut modeſtè eos aſpicere, quibus cū agebat. *Lux vultus* ſui appellat ipſam virtus

Modestia
fuit in B. V.
ſingularis,
In 3. D. 9. c.
a. 1. q. 1. ad. 4.
Vide Suarez
in 5. P. T. 5.
1. Diſp. 2.
ſectio 2. Li.
de Inſtitu.
Virgi c. 7.
Modestia
in Chriſto
maxima
fuit.

ſuprà.

I.

II.
Modestia
authorita-
tem adfert
homini
a Iob. 9. 24

Lux vultus
eſt mode-
ſtia grauis

Tem. 3.

T

mode

b 2. Mach.
15. 12
c cap. 4. 37.

2.
Modestia
Ecclesiam
ædificat.

Lib. 2. de
Virgin.
Virgines
singularem
habeant
modestiam

In eius vita
Lib. 2. c. 1.
circa finem.

Modestia
omnes mi-
rantur.

modestiam latam, & grauem: quæ in omni loco, & tempore, & in omnibus negotijs, & occupationibus ita splendebat, ut nihil videretur quod lucem illam obscuraret, aut turbaret; aut aliquo pudore vultum ipsius contegeret, quasi ipsa persona indignum. Talis fuit summi Sacerdotis Oniæ modestia: quæ diuina Scriptura *b verecundiam visum, modestum moribus, & eloquio decorum* appellat. Quia tamen ad eum omnibus erat charus, ut in eius morte etiam ipse *c Rex Antiochus contristatus fuerit, & lachrymas fuderit, recordatus defuncti sobrietate & modestia*.

Hinc oritur, quod Modestia plurimum ædificet Ecclesiam, suauemque affert odorem per totam Ciuitatem & familiam. Estque quasi mutus concionator: (ut S Petrus dixit) sine verbo sanctitatem eam habentis manifestat; & promouet fidei. a vera religionis eam docet, opinionem & æstimationem; confundit dæmones; peccatores conuertit; Iustus spiritum & animum addit; omnesque impellit ad virtutem diligendam; Deumque à quo illa procedit glorificandum. Nam quemadmodum Reges & Principes egregia Domus, & palatia ad suam habitationem ædificantes, valde delectantur, quod eorum frontispicia sumptuosa valde sint, & spectabilia, ut spectantur rapiant in admirationem; & ad interiora lustranda alliciant & inuicentur (inquit S Ambrosius loquens de sanctissimæ Virginis D. nostræ modestia) Virgines, & animæ castæ ac sanctæ, quæ templa sunt viua spiritus sancti, habitationes ac palatia in quibus habitat ipse Deus, habere debent splendida quidam ac præclara frontispicia cum diuina quadam modestia & grauitate, quæ mundum totum rapiat in admirationem; sitque testimonium inestimabilium diuitiarum, quæ interioribus reconditæ manent. Ac propterea sacrarum Religionum Fundatores maxima cura studuerunt ditissimum huiusmodi frontispicium collocare in viuis domibus, quas erigebant; congregationibus scilicet suorū Religiosorum ac Religiosarum, ut sæculares eos aspicientes ædificarentur & admirarentur: conuicentur ex ipso frontispicium interni ædificij amplitudinem, & ita allicerentur, & afficerentur ad ingrediendum, & possidendum præclarum adeo ædificium. Admirabile fuit in hoc genere exemplum S. Bernardi ac primorum eius Monachorū in Clarevalle, quod ingressus fuit Summus Pontifex Innocentius II cum multis Cardinalibus, Episcopis, & alijs Galliarum Magnatibus. Et cum Monachi (qui plures sexcentis erant) Jobuiam Pontifici exirent, summam omnes grauitatem modestiam & externam compositionem ostenderunt, oculis omnium humo defixis, nec vagabunda curiositate circumductis, sed complotis palpebris, ipsi quidem neminem viderent, ab omnibus tamen viderentur, sponte abstinentes ab externæ illius pompæ aspectu, quam sæculares homines, quasi fascinati, libentissimè aspiciunt. Cum que Pontifex ceterique Principes tale spectaculum Religiosorū viderent, admirati, ac ædificati, non poterant à christo continere: videntes quantum interesset inter modestiam religiosorum

& ea quæ mûdus magni facit. Eandẽ viã tenuerit S. Dominicus, S. Frãsciscus, & Pater noster S. Ignatijs, primiq; harũ Religionũ Professores: qui oēs ad eũ fuerunt Modestiaz studiosi, vt si in illis iurijs simile quid occurrisset, quod in Clara-alle. eandẽ prætulissent modestiã. Nec prætermittã hic insinuare, quanti Pater noster S. Ignatijs virtutẽ hanc fecerit; siquidem speciales de ea regulas instituit, summaq; diligentia earũ promulgationẽ cõm davit: ipseq; Dominus noster (vt in eius vita refertur) iudicia dedit, quod sibi in eis complaceret. Et inter alias causas, cur nõ præscriberet propriũ aliquẽ habitũ suis Religiosis, vna fuit: vt hac ratione obstringeret illos ac impelleret, vt rara sua Modestia, & Religiosa grauitas illis esset instar Habitus, quo dignoscerentur, æstimarentur, ac discernerentur à reliquis Sacerdotibus & secularibus.

Hinc tertia oritur verã Modestiaz præstantia; qua Christianus, Religiosus, & Virgo ambulant in veritate, iuxta id quod professio & status proprius exigit Nam (vt S. Thomas inquit) ad veritatem spectat, corporis motus dicitur; talem se exteriori professio requirit, conformando: iuxta regulam S. Augustini, quæ habet: In omnibus motibus vestris, nihil sit, quod cuiusquã ostendat aspectum; sed quod vestram deceat sanctitatem. Nam quemadmodũ Principes & Magnates grauitatem & Modestiam seruant ad suam dignitatem pertinentem: ita decet, filios Dei, & magnæ perfectionis cultores Modestiam illam custodire, quam eorum dignitas exigit. Et vt S. Bernardus dixit: professionis propriæ memoria quasi Pædagogus & excitator esse debet, qui eius moderationis eos moneat, quã in omnib; suis reb; seruare debeãt.

His accedit, quod Modestia etiam reddit hominẽ aptiorem ad agendum cum Deo; & ad familiaritatem illam arctam, quam cum animabus, sponis suis habere solet: quemadmodum Apostolus insinuauit, cum postquã dixisset: *modestia vestra nota sit omnibus hominibus, adiecit: petitiones nostras innotescere apud Deum.* Modestia enim multum confert ad cordis tranquillitatem, qua possit rerum æternarum meditationi meliùs attendere; & *sapientia* item, qua *desursum est*, (vt ait S. Iacobus) *primũ quidem pudica, deinde pacifica & modesta est*; habitatq; *in spiritu quieto & modesto, qui est in conspectu Dei locuples*: quem ad suam præsentiam admittere valde delectatur Deus. Et quemadmodum templum bene purgatum & exornatum, inuitat homines ad libenter in eo manendum, & pietatis opera exercenda: ita *spiritus quietus & modestus* excitat sese ad orationem: & ipse Dominus libenter ac diu cum ipso conuersatur. Et cum huiusmodi amicitiam contrahere dũ aliquo vult, talẽ prius Modestiez modũ ei inspirat. Ad cuius confirmationẽ refert S. Greg. de quadã Virgine nomine Musa: cui per visionẽ sancta Dei genetrizi Virgo Maria apparuit eã multis puellis eius corãuis, cui Musã optanti, se reliquis coniungere,

Fundatores religionum modestiaz studiosissimi.

3.

2. 2. q. 168. n.

1. ad 3. q. 4.

Reg. 3.

In omni

motu nihil

sit offendens

oculos

proximi

4.

Modestia

apud facit

hominem

ad agendum

cum Deo.

d. Phil. 4. 5.

c. Iacobi. 3.

17.

11. Petr. 3. 4.

Spiritus

quietus

se excitat

ad orationem.

Lib. 4. Dial.

c. 17.

dixit ipsa Virgo sanctissima: vt nihil vltra leue & puellare ageret, & à iocis abstineret, sciens quod inter easdem Virgines quas viderat, ad obsequium die trigesimo veniret. Quibus visis in cunctis suis moribus puella mutata est, vt omnem leuitatem puellaris vitæ magna grauitate dederet omnibus, qui eam videbant, stupentibus. Reuelatio verò, quam habuit de sua morte, ita ad punctum executioni est demandata, quemadmodum ipsa consilium sequuta est, quod acceperat.

5.
f Job. 28. 25.
Modestia
Donū Dei
Lib. 9. Mo.
val. 6. 4.
Modestia
Dei timori
iungi de-
bet.

g Pro. 12. 4.
h Psal. 4. 5.

Ex Cassia-
no Collat.
12. 5. 3.

Immode-
stia oritur
ex vitijs
grauissimis

Deformat
nominem
immode-
stia.
a Len. 15. 45

Denique hæc Modestia, donū est Domini nostri, de quo dicitur apud Iob quod fecerit ventus pondus: Hominibus enim ex se vagis, & inconstantibus pondus adhibet & grauitatem Modestia, vt eā decentiā & tranquillitatem uentur, quā decet; aut (vt S. Gregorius interpretatur) vitis contemptum pondus tribuit, & grauitatem spiritūs, vt carnis leuitatem & mutabilitatem reprimant. Hoc autem pondus & Modestia, vt vera sit ac solida innotet, debet reuerenti Dei timori, cuius meminit Sapiens, cum dixit: *g finis Modestie timor Domini*; & actuali memoriæ Dei præsentis & assistentiæ in omnibus & tempore cuius meminit S. Apostolus, cum dixit: *h modestia vestra omnibus hominibus: Dominus enim prope est*, quasi monere, quamuis Modestia debeat esse publica: intentio tamē esse debet occulta. Modestia vestra omnibus hominibus debet esse conspicua: sed non propterea, vt illis; sed vt illi placeatis: qui magis prope est, quàm illi. Quod si præsentia Regum ac Principum famulos ac subditos reddit modestos: quantò est magis rationis instantaneum vt Creatoris præsentia modestas & compositas reddat creaturas. Tunc enim modestia erit continua, & perseuerans, publicè, & occultè, coram alijs, & seorsim ab illis; in rebus magnis, & paruis: nihil enim quod moueat, fieri debet coram Deo, cui infinita debetur reuerentia.

§. III.

Immodestia detrimens.

PRÆDICTÆ Excellentie Modestie adhuc melius intelligentur, si dante referamus Immodestiam, quæ ei aduersatur: hæc n. est deformitas quæ & morbus, aut exterior hominis dissolutio, quæ ex aegritudine, ac deordinatione Passionum interiori oritur: nominatim autem superbia, & vanitate; aut ira, & impatientia; aut curiositate, & leuitate animi; aut à nimia insensualitate, siue excessu in gaudio, aut tristitia. Omnes enim passionis, qualesmine facto, conantur Modestiam destruere, edentes externa signa inordinacionis & perturbationis, quæ ipsæ habent. Eū in modū quo lepra est morbus exteriorum carnis partē deturpans varijs maculis, & viceribus, ex corruptis intus latente humore prouenientibus: ita Immodestia est vitium deturpans, ac deformans corpus, eod quod talis sit spiritus, qui latet. Et quædam modum olim iubebat Deus, a vt quicumque maculatus esset lepra haberes

menta diffusa, caput nudum: vt omnes possent lepram videre, & os veste conte-
 dum; ne corrupto suo habitu alios inficeret, & propter eandem causam, omni
 tempore quo leprosus esset, solus habitaret extra castra: ita igitur Immodesti, vesti-
 menta animæ Instat, hoc est Modestiam, habent diffusa, & inordinata, per-
 mittente Deo, huiusmodi indicia, vt ex eis interior lepra dignoscatur, qua
 talis anima est infecta. Eum etiam in modum quo Salomon de homine A-
 postata, qui à seruitio diuino recedit, dixit: *b homo Apostata vir inutilis, gradi-
 tur ore peruerso, annuit oculis, vorit p̄ de digito loquitur, prauo corde machinatur
 malū, & omni tempore invidia seminat:* & ex huiusmodi signis, talis esse digno-
 scitur. Quemadmodum euenit Iuliano Apostata: de quo scribitur, quod cū
 Athenis studeret, ad eum esset leuis, in omnibus & corporis moribus immode-
 stus, vt videns eum Gregorius Nazianzenus, dixerit. O quam horrendum
 monstrum sibi ipsi nutrit Respublica Romana!

QUAMOBREM homines immodesti merito deberent tanquam leprosi se-
 parari à Congregationibus Religiosorum, & Societate Iustorum: ne illos
 perturbarent, aut malorum exemplorum scetore inficerent. Ita S. Ambro-
 sius se habuit erga quendam clericum, qui ipsum in sua domo exeuntem com-
 mitari solebat: Qui, (ait) adeo, erat immodestus, vt inordinato suo incedēdi
 modo: tanquam flagello quodam, meos oculos verberaret: ac propterea eū
 ex meo comitatu dimisi. Et propter eandem causam noluit alterum ad sa-
 croscordines admittere etiam magnā instantiā id petentem. Et de viro que
 dicit, infelicem exitum habuisse.

NAM turpe illud, & quasi exasum frontispiciū satis magnum erat indi-
 cium perturbationis internæ domus eius animæ; & quod non multū à rui-
 na abesset interius illud ædificiū. Ex quo efficitur, vt quod altiore aut perfe-
 ctiorē statum homo habet, & proficitur: eō sit immodestia perniciosior. Si-
 cut etiam in veste pretiosiori macula maiorem adferunt sceditatem; & vt S.
 Hieronymus ait: nugæ & ioci in ore sæcularium, sunt tantum nugæ: at in o-
 re Sacerdotum sunt quasi sacrilegia & blasphemix: eō quod celitati & pu-
 ritati status eorum plurimum auersentur. Ita dicere liceret Immodestias in
 laicis & sæcularibus hominibus tales censerent in religiosis & Ecclesiasticis
 esse quasi sacrilegia: quatenus sceditatem, quā statu suo profitentur, detur-
 pant, & iniuriā afficiunt. Ac proinde cedunt etiam in totius Communis
 detrimentum: cuius opinionē suis Immodestijs valde apud alios imminunt;
 animumque & affectum alijs auferunt ingrediendi in domum illius Reli-
 gionis, quæ aditum & frontispiciū adeo incompōsitum & turpe habet.

PRÆTEREA sua Immodestia hostibus aditum præbent, ad Castitatem
 & reliquas virtutes deprædandas: ipsa enim illos incitat ac permoet ad
 huius detrimenti occasiones quærendas: quemadmodum immodesta illa

T 3

mulier

Immodesti
 habent af-
 fectus in-
 ordinatos.
 b Prou. 6 1.

Julianus a-
 postata im-
 modestus
 fuit.

Inuestiua 2
 in Iulianū

2.

Immodesti
 a iustis se-
 parandi
 sunt.

Lib. 1. Offic.
 c. 117.

3.

Immode-
 stia externa
 perturba-
 tionis in-
 ternæ sig-
 num.

In Epita-
 phio ad Eu-
 stochiū Vir-
 ginem.

Nugæ in o-
 re sacerdo-
 tis sunt
 quasi blas-
 phemix.

4.

Immodesti
 præbent
 dirum ho-
 stibus vir-
 tutum.

c. *Prout. 7. 11.*

mulier, de qua Salomon ait, quod esset *c. garrula & vaga, quietis impatiens, & valens in domo consistere pedibus suis, nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos insidians*, suarumque voluptatum occasionem & eicam quærens. Et quoniam am Dæmon non dormit, statim illis occasiones immitit, & obrudit portas adeo patentes.

5.
Immodestia hominem facit inhabilem ad orationem.
d. 4. Reg. 5. 10.
Pœnitentia pro immodestia suscepta.

ACCEDIT, quod immodestia, inhabilem reddit hominem ad orationem & Exercitia spiritualia: quia negat Dominus noster deuotionis fructum & ritui, per tot rituos, & partes diffluenti. Quod si Propheta d. *Elisens* noluit exire, vt videret & alloqueretur *Nahaman* leprosum, priusquam *Septem nauet in Iordane & a lepra mundaretur*; & tunc locutus est, & valde familiariter cum eo egit: quid mirum, quod Dominus noster nolit faciem suam tandem ostendere, nec familiariter cū immodestis hisce leprosis agere, dum per pœnitentiam & mortificationem lauent, omnemque suam lepram purificem? & ob eam causam Sancti seuerè in se ipsis puniebant quamuis immodestiam, ob quam tanto bono priuarentur. De quodam sancto nomine Eusebio refert Theodorus, quod ambulans per campum legens Euangelia, leuauit oculos, vt aspiceret quosdam rusticos suis bobus arantes agros in cuius Immodestiam pœnam circulum ferreum collo suo apposuerit, & rea que catena alligauerit alteri, quem gestabat ad cingulum: ita vt cogitur semper caput inclinatum portare, puniens dura adeo hac pœnitentia pœnitentio quadraginta annorum Immodestiam vnus diei. Et S. Catharina Senensis per multos dies fleuit amarè Immodestiam, in Oratione admissam, & vertit caput, vt fratrem suum videret.

6.

In *visis Patrum.*

SED ne quis in temeraria iudicia dilabatur, aut propter apparentes deprehensas esse in viris aliquibus valde sanctis, varijs de causis. *Aliquibus ex inaduertentia*; sicut legitur de magno illo Arsenio, in quo summa modestia & grauitas elucebat: & nihilominus ex inaduertentia coram toto illo conuentu femur vnū super alterū collocabat, nō sine offensione reliquorū Religiosorū: donec die quodā Abbas magna dexteritate & prudētia iussit quem alium Monachū eodē modo se collocare corā ipso Arsenio: quē ipse Abbas monuit immodestiam illius: & tunc Arsenius propriam suā primò aduertit & in posterū emendauit. *Aliquando* prouenit etiam ex aliqua naturali pœnitentia corpus inordinatè permouente, ita vt reprimi non possit. Sicut S. Gregorius refert de quodam sancto, qui vocabatur Isaac, qui cū inculpabilis esset ac prodigiosa vitæ, nō poterat aliquando immodesti risus impetum, & effusam lætitiā cohibere: sicut etiam alij non possunt linguam continere, vt cum ea quiete, & tarditate, qua oportet, loquuntur: permittente Deo. Nō hanc in rebus paruis debilitatem, ne in maioribus arroganter euanescentem

Lib. 3. Dial. 6. 14.

Interdum

Interdum etiam fecerunt aliqua sancti, quæ immodesta videbantur, ut hæc ratione se coram hominibus humiliarent, & honoré fugerent, quem illis offerre volebant; aut ob alios fines gloriæ Dei, speciali instinctu id eis inspirati: ut apparet ex Historijs Simeonis Sale, S. Francisci; & aliorum Sanctorum; & Isaias Propheta iubente Deo, *ambulavit nudus & discalceatus*; & David, ut mortem euaderet, quam timebat, fecit coram Rege Achis aliquot motus & iudicia immodesta, & *e stuebant salivæ eius in barba*. & saliebat in Aula & *impingebat in ostia portæ, quasi insanus*, aut stultus. Ad huiusmodi tamen casus opus est prudentia plus quàm humana, & motione diuina; sine qua non est faciendum, quod in se indecens est & malum, etiamsi in finem bonum dirigatur.

CAPVT XIV.

TEMPERANTIAM ET ABSTINENTIAM CONFERRE
ad custodiam Castitatis, & vicloriam de luxuria reportandam.

TEMPERANTIA, quæ inordinatum voluptatum gustatus appetitum moderatur, & alio nomine Abstinētia dicitur, (quatenus ab ijs cibis & potibus abstinet, quæ huiusmodi voluptatum sunt materia) hostē habet vitium gulæ & ebrietatis matrem, scilicet Luxuriæ, quod insinuat Ecclesiasticus dicens: *duo genera abusi sunt in peccatis, & tertium adducit iram & perditionem. Anima calida quasi ignis ardens, non exstinguetur donec aliquis glutiat: & homo nequam in ore carnis suæ non desinet, donec incendat ignem. Homini fornicatio annis panis dulcis, non fatigabitur transgrediens usque ad finem &c.* quibus verbis monet, hominem deditum gulæ, quam vocat *os carnis*, non sistere, donec luxuriæ ignem accendat; & comedentem ac bibentem nimium cibos & vinâ delicata ede deuenire, ut fornicationis & adulterij panem dulcem, & iucundum sibi reputet; & ut in hæc vitia, tanquam effrænis præcipiteretur. Sed quoniam de hoc puncto fufius actum est in secundo tomo: solum hic adferemus, quæ ad nostrum pertinent institutum: supponentes eos, qui velint compotes euadere castitatis, & præclarorum aliorum Christianæ vitæ facinoram, debere sese munire virtute abstinentiæ; carniq; subtrahere omnem excessum in cibo & potu, qui esse potest esca luxuriæ, & aliorum vitiorum; neque esse contentos, quod illicitis & prohibitis abstineant (illis enim uti essent in temperantiæ); sed interdum etiâ à delicatis & preciosis, quæuis eis uti liceret ut hæc ratione subiectum magis ac obtemperantē habeat hostē domesticum carnē scilicet; & ut castitatis thesaurum tutius conseruent; maioresq; vires à Deo obtineant, quibus graues pugnas vincant. & gloriosos triumphos reportent.

Eum in modum, quo Daniel cum socijs suis in itinere dederunt clarissimis victorijs proponentes firmiter *in corde suo, ne polluerentur de mensa Regis, neque de vino potus eius*: sed contenti essent leguminibus ad vescendum, & aqua ad bibendum. Quod præclare S. Basilius expendit his verbis: Daniel

quod

d Iſai 10. 3.

c1. Reg. 21. 13.

Ex S. Tho. 2. 2. q. 146. & 149. a. 2. ad 1.

a Eccl 28. 28

Gulosus fit Luxuriosus. Tract. 2. c. 7. Studiosi castitatis debent se munire abstinētia. Interdum à licitis abstinentium.

b Dan. 1. 2.

Daniel
quia Gulā
oppressit,
ad magna
euehatur
officia.

³³
Gulōsi pa-
bulum sunt
ignis infer-
ni.

Abstinētes
vincunt
flammas
Luxuriaz,
c Pro. 26. 10

Abstinētes
vincunt
passiones
bestiales,
d Dan. 6. 22

Abstinētes
vincunt
sugges-
tiones dæmo-
nis

f Cap. 3. 18.
Vincunt a-
uaritiam.

g Cap. 14. 5.
Abstinētes
vincunt
persecutio-
nes.

Abstinēti-
bus Deus
arcana re-
uelat.

h Isaiā. 28. 9
Ad Fratr.
de Monte
Dei.

Deserentes
mundi de-
licias cœ-
lestibus sa-
tiantur.

quod gulæ libidine compresserit, regno potitur Chaldæorum, simul
demolitur, draconē interimit; & Leonum pædagogus efficitur; idoneus
habetur, qui Deum humana se forma indururam prænunciet, & ab-
mysteria palam interpretetur. Quid autē de eius socijs dicam, nam facti
la superiores, regiam iram pro nihilo duxere; & statuum eius auream com-
psere, & quamuis in horrificam illam fornacem, Nabuchodonosoris Re-
iussu succensam, fuerint proiecti; nihil tamen lésionis acceperunt; sed ho-
res potius valdeque iucundi laudes Deo canentes, in ea persisterunt. Vi-
enim tibi dico: si gulam in officio continueris, paradysum habitabis: si
nūs; hoc tibi persuade, pabulum te mortis futurum, & ignis æterni. Hæc
Basilius. Ex quibus apparet: abstinētes vincere quinq; hostium valde
rendorum genera: flammam scilicet, leones dracones, idola siue falsos
& crudelissimos tyrannos. Vincunt enim luxuriæ flammam in fornace
rationum; in qua non comburuntur, sed ignem à se repellunt. Abstinēti-
nim escam illi auferunt: scriptum est enim: *cum defecerint ligna, extingu-
ignis, & ipsa pruna.* Subiiciunt sibi vim & fortitudinem leonum, passio-
scilicet bestialium, & nominatim Itæ: quæ etiam est luxuriæ incensum
quia Deus omnipotentiâ suâ d *conclust ora f. eorum,* & omnium harum
rum: eò quòd ipsi abstinētiâ suâ obturarent ora propria. Et quid mirum
quòd non deuorentur à famelicis leonibus, quia non aperiunt ora sua, ut
stent cibos delicatos? *Interficiunt quoque dracones serpentes scilicet ter-
nales, obstruentes ora maledictarum eorum suggestionum, ne in postea
audeant ipsos perturbare, & molestare abstinētia enim abstrahunt illas
caciones, quibus serpentum astutia innititur. Contemnunt f. stitias aurum
carnis idola, nam paucis contenti calcant idolum auaritiæ; falsum que vo-
tris Deum, per Bel significatum, de quo Rex Babylonis dixit ad Danielem
non videtur tibi Bel esse vinens Deus; an non vides, quanta comedat, & bibat
die?* quia per suos voratores Sacerdotes vorabat quæcunque in eius tem-
ponebantur. Denique triumphant de Tyrannīs, qui sicut ille Nabuchodonosor,
nosor, temperantes & castos persequuntur; nihili facientes leges & iura
iusmodi, vt Christi crucem amplectantur.

SE D præstantius adhuc, magisque gloriōsum bonum communicat
Dominus noster per abstinētiā, aperiens illis arcana sua, sicut fecit Dani-
nieli, admittens eos ad suam familiaritatem, & extollens ad rerum cœlestium
contemplationem, iuxta illud quod dixit Isaias, quod Dominus h *discipulis
scientiam, & intelligere faciet arcana sua, ablatos à facie. & auulsos ab vberibus.*
Et quoniam familiaritas cum Deo D. N. ad eò est suauis, & consolatio
cœlestibus plena fit, vt (teste S. Bernardo) abstinētes, nō priuentur deliciis
& voluptatibus suis, sed eas in præstantiores cōuertunt: deserunt enim ca-

nales, & transeunt ad spirituales; reformant enim spiritum iucundo sapore spirituali; & ipsa caro reformatur in desiderio & cupiditate saporis sui carnalis. Nam (ut dixit S. Ioannes Climachus) sic perfecte gula vincitur, cum spiritus sanctus degustatur, quae carnis gustus reddit insipidum, imò & ipsa caro proficit abstinentia: quia in solo pane vini homo, sed in omni verbo, quod egreditur de ore Dei, & leguminibus tantum vescantibus, & aquam tantum bibentibus, tantam dedit pulchritudinem & corpulentiam Danieli & socijs eius: ut k apparerent vultus eorum meliores & corpulentiores pra omnibus pueris, qui vescantur cibo regio. Et certo quodam modo abstinentia gustum auget, & saporem ciborum; & communi proverbio apud nos dicitur: esurienti nullus panis est malus. Et Salomon dixit: *anima saturata calcabit facum. Et anima esuriens etiam amarum pro dulci sumet.* Quamobrem dixit S. Ambrosius: *codimetum cibi, ieiunium est: quatio avidior appetentia, tanto esca iucundior. verè enim ieiunium laporem addit in comiuijs. certum est enim, cibos post famem dulciores esse ac lapidiores*

§. 1.
Interna Abstinentia perfecta.

PRAECELLENS haec Abstinentiae virtus tanquam Regina quaedam valde prudens sedens in throno cordis humani omnia regit ac moderatur, ipsius iurisdictioni subiecta, quae innumera sunt: & fungens sibi, recti, iustique iudicis munere, duplex valde perfecta iudicium exercet. Alterum interius, vniuersum & commune omnibus hominibus, diuitibus & pauperibus; sanis & infirmis; saecularibus, Ecclesiasticis, ac religiosis: alterum exterius, idque valde variatum: accommodatum scilicet circumstantijs personarum, locorum, & temporum: quae plurimum variantur.

PRIVM Regina haec subijcit sibi appetitum, qui dicitur concupiscibilis, omnesque eius propensiones & actus: frangens & gubernans omnes iuxta rationis regulas. Quare semper iubet, homines siue diuites, sibi que indulgentes; siue infirmos, & valetudinarios, subiectum habere hunc appetitum: ita ut nullum cibum siue preciosum, siue vilem; necessarium aut non necessarium ad vitae sustentationem, inordinate appetant. Nam, teste S. Gregorio: *non cibis, sed appetitu in vicio est.* Nam Elias etsi a bis in die carnibus vesceretur, temperans tamen & abstinens censebatur: Esau autem iudicatus est intemperans, eo quod vehementi appetitu comederit *blentis edulim*: & Israelitae fuerunt etiam intemperantes: cum concupiscerent *cucumeres, cepas, & allia*. & quoniam dæmon bene hoc nouit, non tantum facile cibum externum, quanti internam eius appetitionem; & ita secundum Adamum tentauit, aditans illum, ut d *lapides* non in carnem, sed in panem conuerteret; sicut etiam non vicit primum Adamum, offerendo illi carnem sed pomum. Quamobrem praecipua temperantiae siue Abstinentiae gubernatio consistit in frangenda & coercenda interioris huius ap-

Gula vincitur cum sinceritas spiritus statur. i Dent 8. 3. k Dan. 1. 15.

l Prou. 27. 7. Lib de Elia & ieiunio.

Abstinentia regit omnia in corde humano.

Subijcit sibi appetitum concupiscibilem. Appetitus non cibus in vicio est. Lib 3. Moral e. 13. a 3. Reg. 17. 6. b Gen. 25. 34. c Num. 11. 5. d Matt. 4. 3.

Lib. 5. c. 8.

Apolog. ad Guibet.

fa. Reg. 23. 15 g. Iudicum

7. 7.

Bibentes aquam manu fixatam habent cupiditatem.

h. Luc. 21. 14.

2.

Temperantia mortificat voluptatem.

Abstinētia fines multos.

Processus. 6.

Relig. c. 32.

Auari temperantes sunt ne faciant expensas.

i. Ecd. 14. 10.

Hypocritae abstinere ut laudentur.

k. Mat. 6. 16.

Tribus modis inanis gloria facit abstinere religiosos.

Ex Cassiano

Lib. 2. c. 23.

petitus nimietate, iuxta illud Apostoli: *carnis curam ne feceritis in desiderando* quasi dixerit: non prohibeo curam carnis vestrae; sed nimia desideria ei respiciendi. Ex quo infert Cassianus: infirmos & indigentes cibis delicatibus, posse esse temperantiores ijs, qui multum ieiunant; si desideria, in quibus fragilitas carnis exigit, mentis vigore castigant. Et, qui multum ieiunant, si volunt esse perfecti, debent etiam mortificare haec desideria, et escarum viliū & crassarū; Eū in modum (ait S. Bernardus) quo f. *David bibere aquam sibi allatā ex cisterna, quae erat, in Bethlehem*, eō quod nimio quadam appetitu eam desiderasset. Et, qui g. *curuatis genibus aquam biberant*, facti sunt à Domino, tanquam inhabiles ad bellum: illa enim ratio bibendi dicabat nimiam internam cupiditatem: qui verò obiter *aquam sumit*, bā. nū eam ad os proijciens, fuerunt approbati: quia indicium id erat cupiditatem suam frānatam habere. Vt intelligatur, quod haec magna Regi modo illo Ducis Gedeonis probet suos milites in ratione bibendi aquae, escas ordinarias sumendi admittens ad vexillū & obsequium suum, eos sua desideria continent; & coercent; reprobans verò, qui suis desiderijs in na laxant: eō quod plus desideria ipsa dnerent, & inhabiles ad pugnam rediret quā ipsi cibi. Et propterea Christus D. N. dixit: *h. attendite vobis, ne forte g. tur corda vestra in crapula & ebrietate*. Dixit sūt eōrda, & non corpora: nō cordis est, quo homo torpescit: ex quo etiā oñ & torpor corporis pū.

Ex quo intelligitur, quod abstinētia siue Temperantia mortificet pūcipuē finem gulae, hoc est voluptatē temperantia enim nūquā propterea lū comedit, ut delectetur; (delectatio enim condimentū tantū esse debet mestionis) sed ob alios excelsiores magisq; gloriosos fines virtutis. Quos magis declaretur, aduertendum est: Abstinētia multos fines habere potest quosdam malos, alios bonos, alios perfectos: & hac ratione S. Bonaventura distinguit quinq; modos temperantiae. Primus est, Auaritiae; secundus Hypocrysis; tertius Paupertatis; quartus medicamentū; quintus Religionis & perfectionis. Nā Auari solēt esse tēperantes; ne expensas faciant, de quibus clericus dicit: *quod i nō satiētur pane; & super mensam suam sint intrinsecus fame*. Hypocritae etiam temperantes sunt & abstinētes, ut honorentur a laudentur ab hominibus: & quando ieiunant incedunt tristes, ut appareant suam: in hac enim vita, quaesitū premiū fortunatū, quas seruant; aut honorem quem acquirunt, & recipiunt; sed aeternū tamē amittunt. Imo pro suo labore potius promerentur. Sed secunda haec Hypocrysis, & inanis gloria abstinētia solet aliquos religiosos prostertere: cuius rei tria sunt indicia. Primum, cum Abstinētia est singularis; & inusitata: cum tamē in rebus alijs non sunt illi bono exēplo, sicut in hac. Secundū, si publice sint abstinētes & tēperati; occulte tamen; & cum ab alijs videri & obseruari non possunt.

sunt intemperantes: nam in his casibus siue comedant, siue non comedant, utrumq; ab eadem radice, amdre scilicet proprio erit. contra quos dixit Deus per Zachariam: *I cumie: unaretis & plangereis: nunquid ieiunium ieiunastis mihi? & cum comedistis & bibistis nunquid non vobis comedistis, & vobis metipsum bibistis?* quasi eis dixerit: in ieiunio non meum honorem, sed vestrum quaerebatis; in cibo autem & potu querebatis potius, quod vestro palato arridebat, quam quod meo. *Tertium* signum est, si in modo suae abstinentiae valde sint pertinaces, etiamsi nec superiores, nec Confessarii illum approbent. Quale fuit ieiunium illorum, quibus dixit Deus per Isaiam, se non admittere illud, eod quod in eo *inveniretur voluntas eorum, & ad lites & contentiones ieiunarent*, perturbantes pacem, praetextu ieiunij sui.

Alia duae Abstinentiae Paupertatis & aegritudinis habent fines ex se indifferentes, ita ut & mali esse possint, & boni ex circumstantia, quae adiungitur. Si enim pauper propterea solum est temperans, quod non habeat plus quod comedat; eius abstinentia est coacta, & vitiosa, si cupiditas alia sit inordinata. Sed licet ei facere ex necessitate virtutem, gaudente, se non habere quod comedat, ut occasione inde habeat exercendae temperantiae; nam, si haberet, forte esset vorax, sicut dives ille anarus & Epulo. Et hac ratione pauper ille Lazarus fuit temperans, qui, *n cupiebat saturari de micis, quae cadebant de mensa divitis: & nemo illi dabat*. Et eadem ratione, si infirmi & valetudinarii abstinere ab aliquibus cibis ad evitandum incommodum ex eis prouenturum: talis abstinentia erit medicinalis, sed parvi alia pretij; imo interdum neque virtus, si doceat ob infirmitatem, quatenus propter eam privatur talibus delicijs & voluptatibus. At Christiana, religiosa, ac perfecta abstinentia gloriosum illum finem respicit, de quo dixit Apostolus: *o sine manducatis sine bibitis, sine aliud quid facitis omnia in gloria Dei facite*, addentes excelsum hunc finem ei, quem huiusmodi opera ex natura sua respiciunt: conseruationem scilicet sanitatis, & vite: quatenus est rationi conformis: sed nobilius quid est, ex vere se & abnegare quidquid est proprium, & pure comedere, propterea quod Deus velit, & iubeat ut comedas, aspiciens tuum corpus sicut aspiceres alicui pauperis, cum ei dares aliquid ad comedendum: eo quod sit seruus Dei, & ut vires habeat, fortisque sit ad laborandum pro eius obsequio iuxta illud eiusdem Apostoli: *p qui manducat, Domino manducat, & gratias agit Deo*.

Ad perfectam interiorem Temperantiam pertinet tertia alia Excellentia, quae in eo consistit, ut spiritus non se effundat totum in opus, quod facit corpus: iuxta Regulam Ecclesiastici dicentis: *q noli acidus esse in omni Epulatione, & non effundas super omnem escam*. Quod S. Bernardus sic declarauit: cum manducas, ne totus manduces; sed corpore suam refectionem procurare, mens suam non negligat. Tunc autem aliquis dicitur totus manducare, cum ita se occupat in comedendo, ut & mens ipsa & imaginatio, & omnes appetitus in ipsis cibis occupentur.

V 2

& quo

I Zach. 7. 5.

Signum est
Hypocrysis
in modo
abstinendi
pertinacem esse.
m/Isa. 58 1
Abstinentia
paupertatis & aegritudinis indifferentes habent fines.

n/Luca, 6. 22

Abstinentia
ad gloriam
Dei dicenda.
o 1. Cor. 10.
31.

p/Rom. 14.
6.

3.
Temperantia spiritus
effusionem
cauet

q/Ecol. 37.

32.
Ad Faciend.
de Monte
Dei.

Tobia. 12. 9.
Spiritus
cum cor-
porate cibū
sumat.
De hac cō-
suetudine
vide Cassi-
an. l. 4. c. 7.
Turres
Tract. 102.
in Reg. 8.
Benedic.

1. Tim. 4. 5.

2. Paral. 67. 12.

& quodāmodo obforbeat̄ur in ipsa voluptate, qua afficiūtur: quod plane
 decet Christianum hominem: decet aut̄, vt dēū corpus cibo corporatū
 ficatur spiritus suam spiritualem refectionem sumat, cum in modum, quod
 Angelus dixit Tobia: *videbar quidem vobiscum manducare, & bibere: sed in-*
uisibili. & potu, qui ab hominibus videri non potest, vtor. Sumat igitur caro
 suas visibiles; sed ita tamen, vt simul spiritus inuisibile in suum cibum sumat,
 siue id fiat attendendo alicui lectioni, quae tempore mensae habetur, vt
 est apud religiosos, siue considerando & ruminando mysteriū aliquod
 nostrae; siue affectus exercendo per varios actus amoris & laudis Dei: per
 actus gratitudinis ac deuotionis; per petitiones variarū virtutum: accipit
 pro materia talium actū aliquid, quod legitur, aut ipsosmet cibos, qui
 ponuntur: conferendo, eos nunc cum ijs, qui proponuntur in caelestibus
 nunc cū felle & aceto Christi Domini in cruce; nunc cū defectu eorū, qui
 in inferno. Aliquando etiam suspirando & optando cibum Angelorū
 rubescendo, quod bestiarum cibus vescaris. Aliquando iudicando, te cibis
 peccata indignum eo, quod comedis; Deum verò laudando, quod illi
 merenti largiatur; & virtutes petendo, quas ipsi cibi significant, cum
 vesceris: qualis est viua gratia aqua, vinum dēi amoris, ac zeli, panis
 gratitudinis, tenebricudo cordis carnei; miscendo frequenter (vt ait Apostolus)
 gratiarum actionem pro his donis: *cibus enit̄, qui sumitur, & sanctificatur*
per verbum Dei & orationem, quae, dum ille sumitur, inseritur; quia sumitur
 in praesentia ipsiusmet Dei, rebus omnibus assistentis: vt huiusmodi praesentia
 frenet appetitum; & recte disponat omnia exteriora, quae ab eo proueniunt
 propterea enim dixit Dauid: *Justi epulentur, & exultent in conspectu Dei: sicut*
Moyser, & omnes seniores Israel inuitarunt lethro, vt comederent omnes panem
cum eo coram Deo: in cuius conspectu nihil fieri debet immensā eius pun-
te indignum. §. II.

Abstinentia exterior. & virtutes quae illam iuuant.

EX Hoc iudicio ac interiori Abstinentiae directione pronem̄it omnis
 exterior rectitudo: quamvis sit difficilior, eod̄ quod non possit eiusdem
 rationis, ac eadem pro omnibus. Cuius perfectio in quatuor his rebus
 considerandis consistit: quantitate scilicet, & qualitate ciborum; tempore, loco
 modo eos sumendi attendendo in omnibus dispositionem, completam
 nem ac necessitatem sumentis, ceterasque circumstantias: Illam comitantem
 sed speciatim respicit tres virtutes, à quibus plurimam iuuatur.

PRI MA est virtus Obedientiae debita Deo, eius Ecclesiae, & legibus
 praescriptis Maiorum, suaeque Status si sit religiosus; & haec esse debet
 praeceptus Dux, & instar Poli, quo dirigitur. Quicumque enim cibus contra Dei legem
 & voluntatem sumatur erit instar boli illius Adami; & sumptio cum inobedi-

dentia est animæ venenum. Quando igitur gula ad talem comestionem te impulerit, respondendū tibi est quod Reehabitaræ respondebant inuitati eos ad bibendum vinum: dicebant enim: *non bibemus vinum unquam: quia Iona- dab pater noster praecepit nobis, ne biberemus vinum in sempiternum.* & ita dices: non gustabo reip̄ talem, neq; tali tempore, aut loco: quia pater meus celestis ita iubet: sufficit autem mihi quod ipse iubeat, vt ego ad nutum exequar. Quam ob rē sanctus Basilius suis Religiosis suadebat, vt ad tēperantia thesaurum rectē custodiendum, clauem eius traderent Patri suo spirituali: ex cuius directione os suū aperiat, vt comedat, aut claudat, ne comedat; eiusq; verbum & ordinē sequantur, nō dantes locū cōsilio, & suggestioni serpentis, qui Euā seduxit: vitur enim ille falsa clauē, licet rectē & formā praeferente, vt faciat nos aperire os cūm Deus iubet illud claudī: vt statim mors ingredia- tur. Quemadmodum euēnit magistro cuidam viro decepto à quodā falso Pro- pheta, suadente illi, vt *comederet in loco, in quo praeceperat ei Deus, ne comede- ret;* is enim violenta morte à leone illata, culpam luit suæ inobedientia.

Huius Obedientia valde affinis est fraterna charitas: cui valde attenden- dum est, ne quid comedatur aut bibatur cum scandalo & offensione proxi- morum, iuxta illud Apostoli: *Noli propter escam destruere opus Dei; & proxi- mum illum perdere, pro quo Christus mortuus est. Nam omnia quidē sunt munda; sed malū est homini, qui per offendiculum manducat. Et bonum est non manducare carnes. Non bibere vinum, neq; in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut cogitatur.* Ac de seipso dicebat: *si esca scandalizat fratrem meum, non manda- cabo carnem in aeternum.* Quemadmodū insignis ille & strenuus Martyr Eleazarus, qui non solum e voluntariē praebat ad supplicium, ne carnem porcina manducaret, contra legis antiquae praeceptum, cuius se obseruatorem profi- tebatur: sed maiori adhuc animi constantia reiecit illorum persuasionē, qui eū horabantur, vt simularet se carnem illam manducare, vt Regis praecepto pare- re videretur; & sic mortem euaderet: quibus ipse respondit cito, dicens: *pramitti se vellem in Infernum, ne mali adolescentium arbitantes Eleazarum tales carnes comedere, propter eam simulationem deciperentur.* Cuius exemplum sequuti e septem fratres Machabæi gloriosum subierunt martyrium, vt idem prae- ceptum seruarent, & alij similiter Machabæi secesserunt in desertum locum, & se cibo vescerantur, ne prohibita cibum manducarent.

TERTIA virtus, quam Abstinentia respicit & in quam tendit, est Casti- tas: cuius conseruatio incumbit ipsi, iuxta illud S. Hieronymi: in omnibus exhibere sobrietatem, vt te sobrietas exhibeat purum & castum: quare oculos in hanc puritatem, & castitatē coniiciens, quatuor praedicta ita moderaberis, vt nihil omnino eū eius detrimento admittas. Denique eadem Abstinentia respicere debet virtutem Pœnitentia, quæ ad satisfaciendum Deo pro pec-

V 3 catis,

Sumptio
cibi cum
inobedi-
entia vene-
reus.
a 1er. 35. 1. 6.
Serm. de
Abdicat.
verum.

b 3. Reg. 13.
22.

2.
Nil come-
dendum
cum scan-
dalo fratris
c Ro. 14. 20.

d 1. Co. 8. 13
e 2. Mach.
6. 19. 23.
Eleazarus
simulare
carnis co-
mestionem
noluit.

e 2. Mach.
7. 1. 6. 5. 27.

3.
Sobrietas
castitatem
conseruat.
Tract. 31. in
Regu. S. Bo.
nedia.

Abſtinentia
pro peccati
tinentia ad-
hibenda.

catis, præcipuè carnalibus, sæpius adhibet ieiunia, & ſeueras abſtinentias prædictis quatuor rebus obſeruans ſemper Obſedientia præſcriptum documenta quæ in proximo capite ponentur.

CAPVT XV.

OMNES GRADVS SAC. MODI PARTICVLARES TEMPERANTIAE & Abſtinentia perfectæ; & qua ratione eidem conferant ad caſſodiam Caſſiana

Temperantia prudens
cibi quantitatē
moderatur
Lib. 5. Ca. 5
& Coll. 2.
cap. 12.

TEMPERANTIAE virtus auxilio Prudentia, quæ in rebus omnibus modicum adhibet, moderatur imprimis cibi potuſque quantitatem inſumentis neceſſitatem, vires, complexionem, & occupationem corporis multam aut exiguam; leuem aut laborioſam vt enim aduertit Caſſianus, poſſunt omnes eandem omnino regulam in hoc ſeruare, nam alij indiget maiori quantitate, quàm alij: ita vt aliquis cenſeatur temperans, integrum ſumens panem; alter verò intemperans vel mediū ſumat. & hac ratione veniuntur duo vitia valde pernicioſa: ſi iudices ſcilicet temere, multum comedentem; & ſi inaniter extollas teipſum parcius comedentem: vitia que enim Apoſtolus dicitur cum ait: *a qui manducat, non manducantem ſpernat; & qui non manducat, manducantem non iudicat.* extrema enim cibi portio non eſt certa regula virtutis interna. Hæc enim in eo conſiſtit, vt tentur duo extrema vitioſa: ne ſcilicet plus aut minus ſumatur, quàm ſit neceſſarium, & conueniens ad vitam ipſam ſuſtendam, & ſatisfaciendam obligationibus & oneribus proprii ſtatus; ſiue multū aliàs ſit, ſiue modicum quod ad id ſufficiat. Gubernandum enim eſſe corpus ait S. Bonauentura in modum, quo Deus mundum hunc gubernat: ita vt nihil ex neceſſario deſit; nec tamen habeat ſuperflua. Præclare hoc declarauit S. Baſilius dicens ſicut in gula intemperantiam declinare, graue ac periculoſum eſt: ita nimiam abſtinentiam corpus atterere, ac per inſimilitatem inutile reddere omni proſectò ratione caret. Aequè igitur periculoſum eſt vtumque: ieiunio extremum: nam æquè impedire poſſunt exercitia virtutum. Quæ admodum ſi equum adeò pinguem & laſciuientem enutrites vt non poſſis illum in curſu retinere, ſed impetu ſuo te præcipitaret; aut ſi macerando debilitares vt in medio curſu deſiceret, nec poſſet ulterius progredi; vitium que hoc eſſet pernicioſum. Neceſſe igitur eſt extrema vitioſa ita vitare, neque ad dexteram inclines, neque ad ſiniſtram; neque ob nimium carnis caro ſe præcipitet in vitia carnalia; neque ob defectum cibi neceſſarii deiciat in exercitijs virtutum. Cum enim corpus ſit animæ inſtrumentum, eas exercendas; neque Deus illud condidit, vt eſſet otioſum; ſed vt operetur, & laboraret; neceſſe eſt dare ei ſuſtentationem ad id præſtandum neceſſariam, dicendo cum Dauid: *b fortitudinem meam ad te caſſodiam, vt tibi ſeruiam.*

1 Ro. 148.
Externa cibi
ſumptio
non eſt interna
regula
a virtutis.

Proceſſu 6.
Religio.
Cap. 12.
Lib. de vera
Virgi, &
de Conſtit.
monaſt. c. 3.
& Reg. 228.
ex breui.
& ex Fuſſi.

Extrema
vitioſa abſtinentia
vitanda
ſunt.

b Pf. 58. 10.

Quo

Quod si quæras, utrum ex his duobus extremis sit perniciosius, & maiori studio euitandū? respondō duabus regulis, quas adserunt sancti. *Prima* est, quod sani & robusti, & qui constitutionis sunt calidioris, tutius (vt S. Bonaventura docet) possint ad extremum severitatis inclinare: subtrahendo corporalia quæ necessaria, quæ spiritui ipsi magis subiiciatur. Quod si prius nimium sibi indulgisset, non debet ad alterū extremum vno quasi saltu trāssire; sed paulatim; sicut fecit S. Dorotheus cum discipulo suo Dositheo, cui assueto comedere quotidie sex libras panis, subtrahebat interdum vnā vnciam; & hac ratione eō deuenit, vt vel octo vncijs in die esset contentus. *Altera* Regula est: quod qui debilis sunt complexionis, ac laboribus debilitati, studiorum præcipue & meditationum, debeant magis recedere (vt ait Gerson) ab extremo subtrahendi sibi necessaria: eō quod hoc illis esset perniciosius, ac detrimentum minus reparabile. Quamobrem dixit Abbas Moyses: (vt refert Cassianus) perniciosius continentiam immoderatam, quam laxitatem remissam supplantare: excessus enim in vna sumptione cibi admittitur, statim reparari potest, si in proxima sumptione aliquid de necessarijs subtrahatur; nimia autem continentia, ac debilitas difficilē reparatur; nisi cum detrimento spiritus, & scandalo, & contra proximi ædificationem, habeant laxentur; & redeatur ad saturitatem & illecebras antiquas, quas semel reiecerat. c. *Sic igitur*, vt ait Apostolus *corporum nostrorum hostia & obsequiū rationabile*: hoc est cum ea moderatione, quam ratio dicitur; vt castitas conseruetur, & reliquæ virtutes non fraudentur auxilio, quo ad suas actiones opus habent; & coniungatur (vt dixit S. Petrus) *virtus cum scientia & abstinentia*, quæ se tanquam piæ sorores inuicem iuuent.

§. I.

Esæarum qualitas.

Secundo loco moderatur Abstinentia qualitatē ciborū, coercens inordinatū preciosorū, ac delicatorū ciborum, & exquisitè præparatorum desiderium: quos alias gula appetit, ob delectationē, qua eos sumendo afficitur: eum in modū, quo Israelitæ in deserto appetiuerunt carnes, aliosq; cibos palato suo magis gratos, nausea quadam affecti, a quod nihil aliud respicerent nisi *Manna*, cibū alioquin ex se valde iucundum: nam gula eum solum existimat meliorem, qui palato & appetitui magis placet. Sed neque de hac qualitate certa aliqua regula pro omnibus constitui potest. diuitibus enim ac potentibus delicatoribus escis vti licet, quàm pauperibus & plebeis; & secularibus, quàm religiosis; valetudinarijs, quàm sanis: ac commodanda enim est ciborum qualitas necessitati & complexionis; celsitati, & vilitati status.

Dux regulæ quibus cognoscitur extremum perniciosius.

I.

De Inform. Nouicio p. 1. c. 9.

In eius vita

2.

3 p. Tract. de Myst.

Theol. præst. confid. 10.

Col. 2. c. 17.

S. Bonan.

suprà

S. Bern. ad

Fratr. de

Monte Dei.

c. Ro. 12. 1.

Abstinentia valde moderanda.

d. 2. Petri. 1.

5.

Qualitatē ciborum abstinentia moderatur

a Nu 15. 5.

Diuitibus vti licet escis delicatoribus quàm plebeis.

Triplex in
cibus ex-
cessus vi-
tandus.

Lib. 1. c. 23.

Religiosi
cibo com-
muni ad
parandum
facili vtan-
tur.

Ad Frat. de

Monte Dei

Sermo 30.

In Cantica.

Processu 6^o

cap. 33.

Tom. 1.

Tract. 5.

Cap. 5.

In reg. c. 17.

2.

Ad Frat. de

Monte Dei.

In cibus

condimenta

quaerenda

non sunt.

Collat. 5.

c. 11.

Sancti pani

admiscue-

runt ciner-

es.

b Exod. 12. 8.

c Mar. 27.

34.

d Mar. 15. 23.

Lib. de ve-

ra Virgini-

tate.

TRIPLEX autem excessus vitandus est saecularibus in hac materia. Primum est Prodigalitate; ne in huiusmodi delictis multum expendant; Secundus Inhibitionis & Incontinentiae: ne eis vtantur ob mundanam vanitatem. Tertius Incontinentiae: ne eis tanquam gula irritamento vtantur. At Religiosi, & maiorem perfectionem sectantur, Cassiani regulam merito seruare debent, vt cibus sit ad parandum facilis; & quem ad comedendum opportunioris precij compendium praestet; quiq; sit conuersationi fratrum vltimae communis. Idem confirmat S. Bernardus dicens: omnes Religiosos merito vti debere cibus totius Communitatis; nisi manifesta ad sit necessitas. Attendendum vero esse, ne ficta sit necessitas, aut a palati appetitu excogitata. Nihil nimium volunt Galeni esse discipuli, qui potius Christi esse debere vtantur; & Notam singularitatis Communitatem ipsam scandalizant. Quis uis aegroti (vt ait S. Bonaventura) non astringuntur hac regula: nam contra vera & nota necessitas exigit potius, vt eis cum charitate indulgeatur. Quae autem, quod in se est, documenta illa sequi debent, quae propositimus, de morbis ageremus: stuuentes horrere, & euitare quamcunq; nimietatem. ferre vero patienter, cum deerunt deliciae, aut cibus apponitur in superfluum. memores omnes eius, quod ait S. Augustinus in sua Regula: illos scilicet liciores esse, qui paucioribus possunt transigere vitam.

Ad hunc Abstinentiae gradum spectat, a condimentis abstinere, quae aliud praestant, quam gulam irritare, & voluptatem percipere. Sufficit (ait S. Bernardus), vt cibi sint comestibiles, non quae suis condimentis, vt sunt magis concupiscibiles, vel delectabiles. Sufficit enim concupiscentiae malitia sua: si enim voluptati, quam illa in cibo sumendo percipit, addantur irritamenta ex ipsis cibus: fient duo contra vnum. & sic si iritus succumbet. Etenim bene Cassianus ad hoc propositum perpendit: quisquis degustatione immunditiae suauitatis offensus, ne ad momentum quidem delicias gutturis suauitatis inuenit castigare: is nullatenus poterit vel occulta vel maiora corporis delicia refragare. Multi Sancti pani admiscuerunt cineres, & cibo rem aliquam amarum: vt hac ratione gulam mortificarent; & b agnus Paschalis edebatur. In laetitia aggressibus: ne in cibo illo sacro locus daretur sensualitati. Et si in amarum fueris c fellis, d viniq; myrrhati, quod obtulerunt Christo Domino in cruce pendenti: erubescas, si condimenta quae ras, quae delectent, tuas quae irritent voluptates. Sed accuratius adhuc (ait S. Basilus) reiicienda esse illa condimenta, quae Luxuria motus excitant, quale ait esse, nimium sale, ob rationes paulo inferius adferendas.

§. II.

De Abstinentia à Vino.

IN eodem Abstinentiæ gradu fuit etiam valde celebris inter sanctos illa, quæ à carnibus & vino abstinēbat. Nam in veteri testamento Daniel dicit de se ipso: triū hebdomadarum diebus a caro & vinum non introierunt in meum: sed orabat Dominum Deum pro populo tuo. Et S. Hieronymus ex Iosepho refert de Edessenis, quod seruarent perpetuam castitatem, abstinētes semper à carne, & vino. Sed multò adhuc amplius eadē Abstinentiæ ratio floruit in nouo Testamento. Nam (vt idem Sanctus ait, & Sanctus Iherodorus) ante diluuiam nec carnes comedebantur, nec bibebatur vinum; sed post diluuium cœpit vtriusque rei vsus. Veniens autem Christus Dominus in mundum, reduxit res ad sua principia: luadens quod perfectius esset, iuxta sententiam Apostoli dicentis: *b bonum est non manducare carnem, & non bibere vinum.* Quare Ecclesia Sancta ex inspiratione spiritus sancti, constituit Abstinentiam à carnibus duobus diebus singulis hebdomadis, vigilijs aliquorū sanctorum, Quatuor anni Temporibus, & tota Quadragesima. Et S. Clemens in Constitutionibus Apostolicis ait, quod in septimana sancta abstinēbatur etiam à vino; nec alijs cibus sumebatur, quàm panis, & aliqua olera; nec bibebatur aliud, quàm aqua.

Hæc Abstinentia à vino valde fuit magni æstimata. Nam (vt S. Thomas aduertit) ad eodē est difficilis huius rei moderatio, vt illam solam respiciat specialis illa virtus, quæ vocatur *Sobrietas*: cuius contrarium est vitium *Ebrietas*: cuius propria malitia in eo consistit, vt in tanta copia bibatur, vt rationis iudicium turbetur: ex quo tot oriuntur incommoda, vt S. Chrylostomus vitium illud appellet diabolicum, matremque omnium vitiorum.

NAM primū, destruit Castitatem, iuxta illud Salomonis: *cluxuriosa res est vinum, & tumultuosa ebrietas: quicumq; his delectatur non erit sapiens*: & Apostolus ait: *d nolite inebriari vino, in quo est luxuria*: quam ob rem S. Basilius cultoribus castitatis suadet, abstinere à vino; præcipuè verò iuuenibus, & ita ait: *vinum addis inuentur: actum est de castitate.* Et S. Hieronymus, Virgini sponsæ Christi suadet fugere vinum tanquam venenum.

Hic accedit, quod excessus in potu vini destruat charitatem fraternam Et vt dixit Ecclesiasticus: *e vinum multum potatum irriationem, & iram, & rinas multas facit. Amaritudo anima vinum multum potatum.* Nā quemadmodum ignis probat ferrum durū: sic nimium vinum cor a superbiorum arguet: nam cor inflammat irā; emollit luxuriā, & ad omne peccatum extimulat.

SPECIATIM autem laxat linguam, & impellit ad loquendum imprudēter, & ad infidelitatem in custodiendo secreto. ac propterea Spiritus Sanctus suadet: *f noli Regibus dare vinum; quia nullum est secretum ubi regnat ebrietas*.

a Daniel.
10.5.Lib. 2. in lo
uini.Lib. 1. de
Offic. Eccl.
c. 44.b Rom. 14.
21.

Lib. 5. c. 19.

2. 2. 7 144.

c. 150.

Hemil. 71.

ad pop. D. 35

c. Ante om-

nia.

c. Pro. 20. 1.

d Eph. 5. 18.

Lib. de vera

Virgin. c.

Reg. 10. Fu-

si. Et de Cō-

stit. mona-

sti. c. 21.

Epistol. ad

Eustochiā.

2.

Eccl. 31. 38.

c. 39.

Pro. 23. 29.

3.

Et obliuiscuntur iudiciorum Iustorum, & obligationum officij sui.

4.

g Osea 4. 11
h Prou. 13. 9
i Eccle. 2. 3.

IDEM vini excessus reddit hominem ineptum & inhabilem ad sapientia diuinæ illustrationes; & ad veræ deuotionis affectus. nam (vt dixit Oseas propheta): *g fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor, & h suffundunt oculum* solum corporis, sed multo magis animi ac propterea dixit Ecclesiastes: *tam in corde meo abstrahere a vino carnem meam, ut animum meum transferret ad Sapientiam, deueniremque Stultitiam.* Quæ sententia insinuat: se propter Luxuriæ se tradidisse quod fræna potationi laxasset. Quare ad se reuertitur, à vino abstinere, vt posset esse verè Sapiens.

5.

k Eccl. 19. 7.
l Prou. 23. 4.

IDEM etiam vitium facit hominem incòstantè in omni bono, nam (vt Ecclesiasticus): *k vinum & mulieres apostatare faciunt sapientes, & arguentur* 19. Nec mirum est, eos succumbere tentationibus: siquidem (vt Salomon dixit) sunt *l quasi sopitus gubernator in medio mari, amisso rationis clauo.*

6.

Verfu. 29.

DENIQUE preciosissima quæque humanæ naturæ bona corrumpit, quæ sunt salus, vita, honor, fama, libertas, iudicium & ratio, quæ hominibus propria, quibus distinguitur à bestiis. quare concludit Sapiens: *cui vult patri vult: cui rixæ: cui fovea: cui sine causa vulnera: cui suffusio oculorum: non qui commorantur in vino, & student calicibus epotandis: ne inuicem vinum quoddo flanescit, cum splenduerit in vitro color eius: ingreditur blandè sed in nauem mordebit, vt coluber, & sicut regulus venena diffundet. Oculi tui videbunt & concupiscent extraneas, & cor tuum loquetur peruersa.* Hæc Salomon: quæ postea confirmat S. Augustinus, dicens: O dolorosa Ebrietas, omnium malorum mater, omnis luxuriæ soror, omnis superbiæ pater! O Ebrietas, tu mentes excæcas, iudicio recto cares, còsiliu nullum habes, blandus dæmon es, inennum dulce es, peccatū suauè es! insania volūtaria, ignominiosus languor, mentis sanæ debilitatio, turpitudine morū, dedecus vitæ, honestatis intamantia, animæ corruptela. O Ebrietas, discant te diligètes agnoscere, discant te detestari, discant te velut mortem effugere: quoniã qui te dilexerit, Regnum cælorum non consequetur. Ebrietas (ait S. Ambrosius) est carnalitatibus elica stultitia, incontinentium, sapientiæ venenum. Quid est homo ebrius nisi superflua Carum? Cuius vita somnus, & cuius somnus est ipsa mors. Ne temerè de tua fortitudine præsumas: quia neque fortior es, quam Loth; neque continentior quam Noë. Hic *m inebriatus est, & turpiter nudatus; ille autem n inebriatus, & per filiarum fraudem incestum carnem eis admisit.*

Sermo ad Fratres in Eremita. c. 13. ubi horrendum ad ducit exemplum Serm. de sobrietate & castitate. Lib. de Elia & Ierunio in Lib. 2. de Abraham. Gen. 9. 21. n. 6. 19. 30. S. Thomas 2. 2. q. 149. 23.

PROPTER omnes has rationes fuit hoc vitium valde seuerè prohibitum Ecclesiasticis, & multo à hinc seuerius Religiosis, & virginibus: eo quod inde aduersetur Castitati, coniunctioni mutua, orationi, silentio, & Perfectioni, quam profitentur. Et quamuis moderatus vini vsus non sit illicitus abstinencia tamè eius vel omnino, vel ad tempus semper fuit valde còmen-

data,

data, & laudata in scriptura facta. Et o *Aaroni eiusq; filii sacerdotibus dixit Dominus: vinum, & omne quod inebriare potest non bibetis, quando intratis in tabernaculum testimonii, ne moriamini.* Et lex Nazaeorum, qui p *votum faciebant, ut sanctificarentur, seq; Domino consecrarent, erat, vt a vino, & omni, quod inebriare posset, absterent.* Quod confirmauit Angelus Gabriel, cum de Sancto Ioanne Baptista, Euangelicæ legis Præcuratore, dixit: *q erit magnus coram Domino; & siceram non bibet; & spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ: vt statim appareret, quàm esset gloriosus modus hic abstinentiæ, qui tantam eius excellentiam comitabatur, quasi fundamenta iacturi ad designandam Legem Nouam.* Quamuis autem S. Apostolus suaferit Timotheo discipulo suo, vt *Modico vino vteretur, tamen paulò ante dixit: te ipsum castum custodi, & tunc causam subiunxit, cur suaderet modico vti vino; propter stomachum, inquit, suum, & frequentes infirmitates tuas; & quoniam opus erat maioribus viribus ad grauiores sustinendos labores.* Magnumq; indicium est sanctæ cõsuetudinis Timothei, quam mutare noluit, nisi à suo Magistro impulsus; cuius consilio securior est facultas, illam mutandi Et vt S. Bernardus ait, qui talis fuerit, qualis erat Timotheus, benè licebit ei ea facultate vti,

§. III.

Tempus & modus cibum sumendi.

TERTIO loco præscribitur Temperantia tempus & horam sumendi cibum; & quoties, & in quo loco sit sumendus obseruatis in omnibus Prudentiæ Regulis, & attenta necessitate sumentis, & cõsuetudine Patriæ, statutiq; Religionis, ita vt præscripta hora cõueniēs non præueniatur prætextu alicuius sensualitatis: ne talis in illud vā incidat, de quo dixit Ecclesiasticus: *aterra, cuius principes mane comedunt: beata vero terra, cuius principes vescuntur in tempore suo ad reficiendum, & non ad luxuriam.* Idem autem intelligit comedere mane, & comedere extra tempus, & propter voluptatem Aptè autē vtrumque coniunxit: qui enim ob sensualitatem suam comedit; nec horam seruat, nec tempus; qui autem comedit ad refectionē & sustentationē naturæ, non præuenit tēpus ad id aptum. Estq; signū exiguæ valdeq; infantilis viuetutis, quod quis huius gulæ modo se dedat. Nam (vt Cassianus aduertit), qui non exspectat patiēter horā præscriptam, nec se ipsum superat, ne extra præscriptum tempus comedat; is difficilè poterit seipsum vincere in rebus maioris momenti. In solo vno casu (ait ipse) Patres Eremitæ horam præueniebant, aut sæpius, quàm solerent, comedebant: quando scilicet opus erat charitatem & societatem hospitiibus exhibere. Sed nec tunc præscriptam sibi quantitatem ciborum excedebant: imo aliqui medietatem tantum suo tempore sumebant, reijcientes aliam medietatem ad horam, qua hospes illo die esset venturus. Et vniuersim suadebant, magis expedire, quo-

o *Leu. 10. 9.*

Ezech. 4. 21

p *Thm. 6. 2.*q *Luc. 1. 15.*e *1. Tim. 5.*

23.

*Apolog. ad
Guilhel. &
Serm. 10. in
Cans.*

Temperā-
tia tempus
sumptioni
cibi præ-
scribit.

a *Ecc. 10. 16.*

Lib. 5. c. 20.

24. & 25.

Coll. 2. c. 26.

Lib. 5. cap.

9. & collat.

2. c. 23.

Epist. ad
Eustoch. &
in Regul.
cap. de Ab-
stinencia.

Regul. 72.
ex Fufis.

b 1. Cor. 14.
40.

Ad Fratres
de Monte.

Serm. 18.

d Osee, 7. 4

e Eze, 18. 19.

¶ Prov. 23. 1.

Lib. 1. Mo-
val. c. 4.

Lib. 1. Offic.
c. 20.

tidie semel aut bis moderatum cibum sumere; quam diu abstinere, & post se se saturare & replere. Et S. Hieronymus ait: melius esse, quotidie parum quam raro satis sumere: quemadmodum terræ, vtilior est pluuia sensim ascendens: quam nimbus magno cum impetu cadens. nimius enim cibum perdit bona Exercitia: magis igitur expedit, ita illum sumere, vt statim post illa continuare.

DENIQUE Temperantia ordinē & rectitudinē præscribit in modo sumendi cibum: vt decentia, qualitati sumētis, & circumstantium ædificationi deservetur; multo que magis illa, quæ Deo D. N. placeat: in cuius præsentia supra dicebamus, cibus sumendus est, vt excitemur ad id faciendum cuius gratia par est, decentia interiori & exteriori, quemadmodum qui comedit coram Principe & Rege terræ, grauitatem & totius hominis compositionem magnam seruaret in mensa. Quare in comestione (ait S. Basilius) seruanda esse documentum illud Apostoli, dicentis: *b omnia vestra honeste, & secundum ordinem fiant.* Sed duo præcipue extrema sunt vitanda: *alterum*, comedere valde festinanter, magnosque bolos sumendi: id enim est magnum in oratione valde interioris appetitus indicium; & sanitati, bonæque digestionis contrarium; & nominatim grauitati ac modestiæ Religiosæ. quod fufius prosequitur S. Bonauentura sequutus S. Bernardum. *Alterum*, exacerbum est, nimis ad comedere, diu cibum aut potum in ore retinendo, vt inundo & gaudio illo sapore diutiùs delecteris. Hunc gula modum S. Dorotheus Lemargidus est insanam palati siue gutturis voluptatem appellat: qualis erat illi de quibus dixit Osee: quod d *super triticum & vinum ruminarent*, eum in modo quo solent animalia ruminantia; vt, dum comedunt & bibunt, maiore percipiunt voluptatem. De vtroque hoc extremo admonet Ecclesiasticus dicens: *ne vtere quasi homo frangi his, quæ tibi apponuntur; ne, cum māducas multas, odio habueris. Et si in medio multorum sedisti, prior illis ne extendas manū tuā nec prior bibere. Cessa prior causa disciplina, & noli nimis esse, & tardior, ne forte offensa*

SEU aliùs adhuc hæc monita ac documenta tradit Salomō, dicens: *quando sederis, vt comedas cum principe, diligenter attende, quæ apposita sunt ante faciem tuam: & statue cultū in gutture tuo; si tamen habes in potestate animam tuam.* desideres de cibus eius, in quo est panis mendacis. In qua sententia quinque momenti documenta tradit, seruanda præcipue in conuiujs, de quibus Gregorius ait, vix fieri posse abique aliquibus peccatis. Ac propterea S. Ambrosius perfectionis cultoribus suadebat, illa fugere: eod quod multum temporis in eis expendatur multaque verba profana & noxia proferantur, quibus non possis aures tuas occludere; quod si impedire illa tentes, habebis superbus, & inurbanus. Cogent etiam nolentem comedere, & bibere præter tuam consuetudinem; & quolibet excessu, & inordinatione acciden-

te maculaberis, eò quòd præsentia tua censeberis omnes approbasse. Quoniam autem non possunt interdum huiusmodi conuiuia euitari, seruanda tibi sunt prædicta Salomonis documenta. *Primum* est, vt *diligenter attendens qua apponuntur*, non te effundas ad vescendum de omnibus; sed prius consideres, quòd magis tibi expediat. *Secundum*, vt *statuas cultrum discretionis in guttore tuo*, perpendens periculum cui expositus es, gulæ succumbendi, si nimius cibus per tuum guttur ingrediatur. *Tertium* est, vt *non desideres de cibis eius*; sed cultro mortificationis iugules desiderium & appetitum ciborum, & vinorum delectabilium & pretiosorum, quæ sunt verè *panis mendacii*, hoc est fallaces & mendaces cibi, qui te decipiunt alliciendo, & impellendo ad plus sumendum, quàm opus habeas. *Quartum* est, vt cultrum quoque statuas in guttore tuo, mortificando linguam, ne ad loquendum laxetur; nam etiam imminet periculum succumbendi & moriendi propter sermonem. *Quintum* est, vt comedas, loquaris, totumque illud opus facias, quasi cultrum in guttore tuo haberes: qui in memoriam reuocet, moriendū tibi esse; fierique posse, vt ex ipsa mensa deducaris in sepulchrum. Hisce quinque documentis satis munitus eris contra gulæ spicula: quamuis victoria ad eò sit rara, vt Sapiens idē adiecit: *si tamen habes in potestate animam tuā*: quasi dixerit: hæc omnia, quæ tibi dixi, facito, si tantam habes virtutē, vt animam tuā frænare & intra certos limites in huiusmodi occasionibus continere possis: Nā grauius & prudētius S. Chrysostomus dixit: quis est vincēs tā facile inimicos, vt prædens trophæum erigat? S. Augustinus etiā cū multum in sanctitate profecisset. Deo D. N. dicebat: quotidie cōtra appetitū comedendi & bibendi pugno: & quis est Domine, qui non aliquando metā & necessitatis limites egrediatur: quicquidque is est, magnus certē vir est: debetque merito sanctum nomen tuū magnificare: ego autē non sum talis, sed homo peccator. Et quāuis aliqui sint (vt ait Cassianus), qui facile cōuiuia euitēt, cibosque delicias sibi non procurēt: pauci tamen sunt, qui moderatē vtātur, sibi permissis; sciantque se ipsos mortificare, cū illos habent coram se positos. Quare aptum illud est consiliū, vt aliqua semper mortificatio fiat dum cibus sumitur, aliquid relinquendo coram quæ melius se vident, & palatum delectant, tam vincendæ gulæ causa quàm Christo D. N. in eius pauperibus aliquid tribuendi. Nam si qui valde se mutuo diligunt, cū simul comedunt alter alteri offert bolū aliquem iucundioris cibi, aut etiā mittit extra mensam, si prope sit: non censebitur magnum quid facere, qui Christum Dominum verè ex corde diligit: si aliquid comedere omittat, quo aliās recreabatur, vt ad ipsum Dominū mittat in suis pauperibus existentem, & id expectantem. Aduertit enim S. Greg. semper expedire, vt misericordia cum abstinentia coniūgatur, in diebus præcipuè ieiunij: ita vt demus egētibus, quod nobis superest, aut ex cibis subtrahimus.

Discretio
in comestione adhibenda.
Desiderium vinorum delectabilium fugiendū.
Mortificanda lingua in conuiuio.
Memoria mortis adsit.

Hom. 59. ad Popul.
Lib. 10. Cōfess. c. 8.

Lib. 5. c. 7.

3. p. Passerius. Ad. moni. 110

§ III. Oratio & Gratiarum actio.

Oratio
præmitten-
da conui-
uio.

DENIQUE, cum pugna cibi præsentibus adeo sit continua Prudentia fuerit; ut quisque se oratione præmuniat, qua possit victoriam de se reportare. Quare quisque deberet breuè aliquã piãq; orationẽ in præsentibus, qua se præmunirẽt, qualis hæc esse posset. *Domine Iesu Christe, fili Dei viui, qui in passione tua sitiens felle & aceto potatus es, da mihi verã temperatã virtutem, ut in hac hora, ita mee necessitati ad gloriam tuam pure satisfaciam, et non in modo voluptati deseruiam, qui regnas in secula seculorum Amen.*

Monialem
Dæmon-
in quadie
comesta
lactuca.
Lib. Dia-
log. c. 4.

Ad idem dirigitur Benedictio mensæ cū orationibus, quibus Ecclesiæ dicitur, facto signo crucis super cibum & potum, ut Dæmones fugiãt, qui fauces ipsos acuiunt, ut hominem ad se delectandum alliciant: imò interdum ingrediuntur ipsos cibos: refert enim S. Gregorius de quadam Moniali in horto Monasterij lactucã quãdã comedit, quæ sibi videretur ad delectationem apta & statim fuit à Dæmone obfessa, qui postea factus est, se in ipsa lactuca ille, & in ea etiã ingressũ esse; eò quòd ipsa Monialis non signasset illã crucem.

Post men-
sam gratia
agendã
Deo.

Mat. 26. 30.
Homil. 57.
ad Populũ.

Post mensam officium suum negligere non debet virtus gratitudinis: gratias Deo agere propter accepta dona, quæ qui sumpsit non erat promeritus. Dicit autẽ aliquẽ diuinarũ laudũ hymnũ, quẽ admodũ Saluator ipse, in tertia cœna finita, dixit; imò quoties cibũ sumpsisset, hymnum de morte cantabat. Ex quo Ecclesia modũ cõstituit ad huiusmodi gratiarũ actiones, præsertim bẽs psalmos valdeq; piã orationes. S. Chryostomus quendã indicat modũ valde celebrem apud antiquos Patres, quẽ minutim explicat, quasi singulis verbis ut pote valde pijs, ac teneris sese oblectaret: ita autem se habet.

22. Cor. 9. 8.

Benedictus Deus, qui pascis me a iuuentute mea. Qui das escam omni carum ple gaudio & lætitia corda nostra, ac ut semper omnem sufficientiam habentes, non demus in omne opus bonum in Christo Iesu Domino nostro: cum quo tibi honor & gloria & imperium cum sancto spiritu in secula, Amen.

Sub sum-
ptione cibi
actus gra-
titudinis
exercẽdus.

Gloria tibi Domine, gloria tibi sancte, gloria tibi Rex, quoniam dedisti nobis in lætitia, imple nos spiritu sancto, ut inueniamur in conspectu tuo benelacenter, non erubescens, quando reddes unicuiq; secundũ opera sua. Idem orationis & gratitudinis modus seruandus est etiam, dum ipse cibus famitur, iuxta Apostoli consilium in proximo capite indicatum: Sed nominatim post cibũ sumpseruandus est; quando Dominus noster auxilium nobis præstiterit ad triumphũ de gula reportandũ. Et vniuersim in omnibus victorijs, quas ab hostibus, castitate oppugnãtib; obrinebimus, meritò debemus gratissimos nos ostendere ei, qui ex ingenti sua misericordia, & per filij sui meritis eas nobis donauit. Dicemusq; frequẽter, animoq; valde demisso & grato in uia illa piãq; Apostoli verba: *gratias Deo, qui dedit nobis victoriã per Dominũ nostrũ Iesum Christũ: cui sit honor, lausq; perpetua, & gloria in æternũ Amen.*

22. Cor. 15.
37.

I R A C T A T U S